



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Exercitia S. P. Ignatii Via Ad Salutem Et Perfectionem  
Propriam & alienam, Tuta & perpetuo tenenda**


**Ignacio <de Loyola>**

**Hildesii, 1713**

**VD18 13664689**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60348](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60348)



2

112



Th. 4502.



EXERCITIA  
S. P.  
IGNATIUS  
V I A  
A D  
SALUTEM

ET  
PERFECTIONEM  
Propriam & alienam,  
Tuta & perpetuò tenenda.

PROPOSITA

A  
*Quodam Sacerdote*  
*Soc. JESU.*

*Collegii*  *Sacris Lectionibus*  
*1718*

*Cum facultate Superiorum.*

HILDESII,

Typis JOAN. LEONARDI SCHLEGELII,  
Episc. & Summi Capit. Typogr.  
M. DCC. XIII.



EXERCITIA

S. P.

IGMANTII

SALUTEM

PERFECTIONEM

Proprium & Aliorum

Tom & Pappo & Angli

Proseria

Quintus & Angli

Tom. 1. & 2.



Car. Pappo & Angli

Alibi

This book belongs to the

Library of the University of Paderborn

M. 100. 211





# PRÆFATIO

D E

## Scopo & usu Exercitiorum

### S. P. I G N A T I I

§. I.

#### De Scopo Exercitiorum.

**L**ibellum Exercitiorum S. P. Ignatii, ut quis bene æstimet ac rectè intelligat; hæc tria, velut ejusdem libelli brevis epitome, observanda & distinguenda sunt. *Primum* est libelli scopus: *alterum*, rationes & momenta ad eum scopum: *tertium*, instrumenta usurpanda ad eundem scopum.

Scopus generatim est; *ut quis vincere seipsum possit; & vitæ suæ rationem determinatione à noxiis affectibus liberâ instituere* ita S. P. post annot. hebd. 1.

Scopus verò speciatim est; ad salutem & perfectionem pertingere per hos gradus, quos S. P. complexus est tribus gradibus seu modis humilitatis, hebd. 2da pag. 104

Primò, Ita esse ab omni peccato lethali mundum & alienum; ut proposito commodo vel inconmo-



do quovis maximo, nullum transgrediar mandatum divinum aut humanum, quod quidem peccati mortalis vinculo nos obligat.

Secundò, ita puro esse liberòque animo ab omni affectione malâ; ut nec culpam venialem ulla occasione admittam; imò commoda & incommoda, quatenus ad salutem & divinum obsequium necesse est, æquè lubens eligam.

Tertiò. denique, ad majus solúmque Dei obsequium ac beneplacitum eligere semper, agendo perfectissima, patièdo difficillima; jacturam, paupertatem, contemptum, atque adversa omnia &c.

Horum primum incipientibus, alterum proficientibus, tertium perfectis proprium & accommodatum est.

Rationes, Momenta & Via, quibus ad hunc Scopum perducere S. P. conatur, sunt

Primò. Finis, ad quem homo creatus est.

Secundò. Christi Jesu exemplum & imitatio.

Tertiò. Amor & unio cum Deo.

Horum primum proponit in Fundamento Exercitiorum & in prima hebdomade quæ & via purgativa est; alterum in secunda & tertia, quæ est via illuminativa; tertium in quarta hebdomade, quæ via unitiva est.

INSTRUMENTA, quibus ista momenta ad ipsum scopum consequendum nobis applicantur; sunt meditationes, contemplationes, examina conscientia,



tiæ, varii modi orandi, Lectio sacra, Sacramentum Confessionis & Eucharistiæ, regulæ. Regulæ illæ sunt variæ, scilicet: de discernendis spiritibus, de victu temperato &c. huc spectant variæ additiones &c. hæc ad longum hic posita non sunt; sed seperatim magna attentione legi debent; pro ut singulis diebus, circa finem, inter legenda designatum est.

MEDITATIO verò, quæ horum instrumentorum penè præcipuum ducitur; est exercitium memoriæ, intellectus & voluntatis. Memoriæ quidem, ut veritates divinas bene apprehendat; Intellectus verò ut easdem veritates magis expendat atque ex iis veritates practicas deducat quid agendum omittendumve sit; voluntatis denique, ut piis affectibus circa rem præsentem ac Deum exardescat, & potenter moveatur ad decernenda exequendaque vitæ melioris firma proposita. De hoc & aliis plura §. tertio.

Hæc certè *Via* est ad salutem & perfectionem & quidem *tuta*; sive scopus spectetur sive momenta, sive instrumenta. Tuta via est (quam nihil minùs tutum sit ob dæmonum fraudes & hominum errores & magnitudinem periculi, quam *Via* ad salutem & perfectionem) tuta est & multorum Sanctorum certâ experientiâ & oraculo plusquam humano Pauli tertii Papæ anno 1548. Alexandri septimi anno 1657. hæc exercitia approbantium. Et hic denique *admirabilis ille exercitiorum liber*, *Sedis Apostolicae iudicio & omnium*



*utilitate comprobatus.* Ità de illo legit Ecclesia in  
vita & festo S. Ignatii.

§. II.

## Quis Usus Exercitiorum?

**U**Sus Exercitiorum, Primùm opportunissimus est  
iis, qui nullum hactenus vitæ statum com-  
plexi, deliberare de eo, utpote re maximi & æter-  
ni momenti, seriò volunt. Hoc enim initio viam  
perfectionis aggressus est & persecutus à Deo edo-  
ctus ipsemet S. Ignatius. Hoc initio S. Xaverium,  
Laynium, Fabrum primos suos socios, aliòsque  
innumeros magni nominis & sanctitatis viros, tum  
per se ipsos, tum per alios ad eligendū perfectionis  
& Sanctitatis studium perduxit. Usui etiam illis  
esse possunt qui deliberant de fide & religione.  
Si quis verò in certum quoddam vitæ genus &  
statum non mutandum se jamtūm dederit; per-  
utilia hæc exercitia erunt; ut electionem benefa-  
ctam confirmet, aut in statu jam inito, salutem &  
perfectionem statui accommodatam inveniat.

Porro, ne post tempus exercitiorum, & vitæ  
melioris proposita & horum momenta in exerci-  
tiis expensa in oblivionem denique veniant; &  
perfectio ipsaque salus in neglectum: necesse erit;  
ut cœpta in exercitiis via sit *perpetua*. Neque enim  
unius octidui aut brevis temporis est; negotium  
salutis & perfectionis. Huc debet conatus esse  
& progressus perpetuus. Perpetuus conatus ad  
fugam peccati & lethalis & levis, & ad perfectio-  
nis indies altioris consecrationem. Itaque & ratio-  
nes



nes & momenta eò perniventia perpetuò expendenda: pariter usus instrumentorum perpetuus; sine quibus eæ rationes & momenta nunquam rectè expenduntur, nunquam movent, aut proficiunt; perpetua item & constans debet esse Sacramentorum frequentatio, librorum sacrorum lectio, &c. Tantum verò salutis & perfectionis perditur; quantum ex istis tam necessariis instrumentis vel uno die perperam omittitur, non sine exemplo certoque periculo, ne paulatim decidens homo negligens, & perfectionem denique perdat & salutem.

Ut itaque perpetuus sit horum exercitiorum usus; tria hoc libello dabuntur.

Primò methodus bene obeundi per octiduum aut ultra S. P. Ignatii Exercitia.

Secundò modus exercendi functiones omnes, annuas, menstruas, hebdomadarias, quotidianas, sive statas, sive variè occurrentes, pro aliena & propria perfectione ad normam & praxin eorundem exercitiorum.

Tertiò Meditationes pro quavis die totius anni juxta exercitiorum materias & methodum.

§. III.

Prænoscenda quædam ante  
Exercitia.

**A**D fructum magnum percipiendum tum  
A 4 ex



ex totis exercitiis, tum ex meditatione quacunque, similive opere, plurimum prodest, quod S. P. Ignatius admonet annot. V. his verbis: *Mirum in modum juvatur, qui suscipit Exercitia; si magno animo atque liberali accedens totum studium & arbitrium suum offerat suo Creatori, ut de se suisque omnibus id statuat, in quo ipsi potissimum servire possit juxta ejusdem beneplacitum.*

Utile etiam erit ante exercitia prænosse S. Ignatii methodum meditandi, faciendi conscientiae examina &c. ne horum ignorantia in ipso decursu remora sit.

#### DE MEDITATIONE.

**M**editatio est exercitium memoriae, intellectus & voluntatis, ad illuminandum intellectum & permovendam voluntatem, ad ea, quae sunt salutis & perfectionis. Vide dicta §. I. Hujus exercitii praxis ut addiscatur, observanda sunt tria. imò scilicet ea quae meditationem antecedunt: secundò quae in ipsa meditatione agenda: tertio quae post meditationem.

#### ANTE MEDITATIONEM.

**P**reparatio præmittenda est, alia propinqua, alia remota. Remota est; præparare sibi ac dispicere materiam meditandi in puncta tria aut quatuor, aut plura; prævidere etiam, quid in singulis punctis expendere, quam conclusionem practicam deducere, & quos affectus internos elicere, quae proposita virtutis concipere & urgere velis ac debeas S. P. hebd. 4. not. 3. De-



Deinde ut ante somnum, cum decubueris & horam surgendi paucis cogites & meditationis argumentum tecum breviter repetas. addit. 1.

Mane verò experrectus, revoces in memoriam argumentum meditandi; ac pergas occupari inter surgendum aut similitudine, aut textu Scripturæ, aut historiâ faciente ad materiam præsentem, & affectum præparante. add. 1.

Si quis verò per diem meditetur; aliquanto ante meditationem, dicto modo præparanda est materia & puncta meditationis.

Præparatio propinqua est; ut, ubi primùm in mentem veniet adesse meditandi horam; prospiciam eminus, quò ferar, coram quo sim compariturus. 2da Sept not. 5.

Deinde ut à loco futuræ meditationis uno vel gemino adhuc passu distans per tantillum tempus, quo percurri oratio Dominica posset, animo sursum elevato considerem Dominum meum Jesum ut præsentem & spectantem, quidnam acturus sim, cui reverentiam cum humili gestu debeam. Aut fiat illud, quod ait S. P. in contemp. de amor. spir. *Ut coram Domino, Angelis, Sanctisque omnibus mihi propitiis, stare me videam.* Nunc sequitur meditatio.

### IN MEDITATIONE.

**O** Ratio preparatoria primum est; quâ petimus humi flexi à Domino gratiam, ut operationes nostræ atque vires omnes sincerè ad ejus gloriam



& cultum tendant Hebd. I E. I. Hæc oratio tam ferio facienda est, quam necessarium est negotium salutis & obsequii divini, quod agitur; quam necessarium supernaturale Dei auxilium; quam bonus & promptus Deus ad juvandum. Addi potest contritio de peccatis, ne hæc obstant dandis à Deo gratiis.

*Praludia* sequuntur, quæ sunt quædam præparatio & affixio phantasiæ ac memoriæ ad propositam materiam. Hæc aliquando sunt duo, aliquando tria.

Duo tantum sunt, si materia non sit historica. Tria sunt, quando materia est historica. Si tria sint præludia, tunc

Primum est, recensio totius historiæ meditandæ, sed brevis.

Secundum est, imaginaria compositio loci, in quo res gesta est, & personæ fuerunt.

Tertium præludium est, ut à Domino postulem, quod exopto juxta propositæ contemplationis argumentum; scilicet fructum & affectum materiæ congruum in magna intensione & perfectione Vg. Compassionem & dolorem in materiâ Passionis Domini &c. & certam virtutem.

Si verò sint duo solum præludia, & non sit materia historica; tunc primum præludium est quædam imaginatio loci, rerumque & personarum certo in loco. Si verò meditanda sit res incorporea; imaginatione repræsentari poterit aliquid,



quid, quod rem meditandam similitudine aut allegoriâ quadam exprimat. v.g. Meditaturus de peccatis, per imaginationes cernere posset animam nostram in corpore isto cotruptibili velut in carcere constrictam &c. Exerc. de pecc.

Secundum Præludium tunc est petitio fructûs accommodati ad materiam, de quo superius præludium tertium.

Sequitur tunc exercitium memoriæ, intellectûs & voluntatis. Memoriæ verò operatio revocatur ad intellectum. Praxis fermè hæc est:

### Intellectus.

**M**emoria historiam aut materiam meditando clarè proponit. a.

Intellectus personas & res considerat donec magnam & solidam rei & veritatis præsentis cognitionem & æstimationem acquirat per consideratam rei substantiam, indolem, qualitatem, quantitatem, causas, effecta, comitantia, ordinem, locum, tempus, similia, contraria, exempla adhibito etiam textu scripturæ uno aut pluribus. b.

### Voluntas.

(a) Actus memoriæ fit cum actus vivacis & præsentis fidei, circa materiam propositam, simul cum magno desiderio altius & ad fructum animæ tuæ & gloriæ divinæ rem ipsam penetrandi.

(b) Interea, dum sic agit intellectus, occurrunt variæ personæ, ex objecto scilicet Deus, divinæ perfectiones & opera &c. Christus ejusq; perfectiones &c. Sancti &c. virtutes, vitia, &c. aterna bona & mala, &c. ad ista elicit voluntas actus saltem breves variorum affectuum.



*Intellectus*

Porro ex rebus sic consideratis reflectit se intellectus & deducit aliquam conclusionem practicam, quâ certò iudicet, ac sibi persuadeat aut æquum aut necessarium esse; ut hanc virtutem exerceas, hoc vitium fugias. Tales conclusiones practicæ aliquando possunt plures ex una consideratione deduci: ad hanc conclusionem movere solent necessitas, æquitas, utilitas, honestas, gloria, jucunditas. Atque hæc sunt in divinis & supernaturalibus summa: ad conclusionem de malo movet mali iniquitas, damnum, turpitude, afflictio: hæc etiam sunt in malis animæ summa c

Reflexio etiam fit ad mores & præterita; quantâ, quàm multâ culpâ, gravi vel levi, omissione aut imperfectio-

*Voluntas.*

V. g. Admirationis estimationis, adorationis, gaudii, laudis, teneræ affectionis, gratitudinis, desiderii &c. odii, timoris, compassionis, idque per aspirationes, exclamationes, confessiones, querelas, interrogationes, alloquia; tacitas humilisque admirationes &c.

(c) Post conclusionem practicam sunt varii affectus v. g. primò gaudium & gratia de agnitâ tam magnâ & necessariâ, veritate. secundo Deo fit confessio veritatis, tum illius ex qua deducta, tum illius, qua deducta est; additis affectibus congruis ad Deum &c. personas & objecta &c. tertio elicitur desiderium magnum vivendi juxta presentem veritatem, tum fit reflexio, &c.

(d) Elicitur de erratis magnum odium, dolor, confusio, deprecatio, de-



*Intellectus.*

ne, ab hac veritate ha-  
ctenus defeceris? quæ-  
nam defectuum malæ  
radices, occasiones &c. d.

Quid agere deinceps  
debeas; quid alii, quid  
Sancti fecerint? quâ pra-  
xi particularium? &c.

Quid denique agere  
certò velis. e útque  
propositum sit efficax,  
adhiberi possunt brevi-  
ter regulæ electionis,  
de quibus infra: item ut  
fit velox, illa de tribus  
hominum classibus, de  
quibus hebd. 2da.

NB. Conclusio practi-  
ca & reflexiones ple-  
rumque fiunt circa ea,  
quæ §imo diximus esse  
scopum exercitiorum.

Circa affectus voluntatis hæc tria observanda  
sunt, primò quinam illi sint. secundò quam intensi  
esse debeant. tertio, quomodo intendi & augeri  
possint, ac primò quidem affectus sunt vel circa  
bonum vel circa malum. addit.

**Bonum.**

Secundum se - *Æstimatio, admiratio, præ-  
ponderatio, complacencia, laus.*

*Voluntas.*

*siderium compensandi &c.  
ob rationes habiti dis-  
cursus.*

(e) *Fit propositum  
(ejusque initium per actus  
internos) circa particu-  
laria coram Deo, Chri-  
sto, B. V. SS. & offertur.  
Petitur ab his magna  
gratia in magnâ diffiden-  
tiâ de se.*

*Finis meditationis est  
Colloquium ad B. V. Chri-  
stum, Deum, ferventer  
petendo gratias.*

**Pater Ave.**



Præfens - - Gaudium , delectatio , gratulatio , gratiarum actio , tenera affectio , benevolentia , quies.

Futurum - - Desiderium , spes , conatus.

### Malum.

Secundum se - Vituperium , displicentia , aversio , odium.

Præfens - - Tristitia , dolor , ira , pudor in turpi , inquietas , in alieno compassio.

Futurum - - Horror , timor , fuga , amolito.

Deinde , debet animus conitti ad tantam intensionem affectuum ( discrete tamen ne noceat fatigatio capitis ) quam gravis est res præfens , quantumque à te merito sperare & exigere videtur. ztiò ( atque ex hoc conatu debent intendi & produci affectus. ) Augetur præterea affectus ex affectu alio v. g. qui amat valde , gaudet valde , odit valde & timet contrarium desiderat valde &c. Augetur etiam affectus , si cogitem ( & imitari coner: ) qui sint circa hanc rem affectus Christi: B. V. Sanctorum quis ipsi Deo quasi sensus. Augetur per aliquod dictum scripturæ sacrae , SS. Patrum , aut alterius , quo insignis affectus exprimitur , sequitur nunc quid post meditationem.

### POST MEDITATIONEM.

**T**Ria agenda sunt *primum* est , ut completo exercitio ,



citio, sedens vel deambulans, per quartam circiter horæ partem mecum dispiciam quoniam modo meditatio, seu contemplatio mihi successerit. Et si quidem malè, inquiram causas cum poenitudine ac emendationis proposito: si verò; bene, gratias Deo agam eundem postea modum observaturus. ita S.P. addit. s. heb. i. secundum est annotare bona lumina & proposita. tertium est, ut per diem memor luminis in mediatione concepti serii coram Deo propositi conformiter ipsi actiones omnes perfectè instituum, renovatâ etiam memoriâ per sententiam aliquam sacræ Scripturæ huc pertinentem. Circa praxin meditandi jam dictam observanda sunt tria: *primum* est, quod nihil horum, quæ dicta sunt, omitti debeat. Nihil horum parvum sit, etsi videatur; nihil frustra. *Secundum*, quod hic modus & securus sit ab illusionibus dæmonis; & tuta, efficax, planaque via ad perfectionem omnem, nam ad rectè vivendum omninò solidum & efficax est, si intellectui in agnitione rerum & veritatum divinarum in lumine supernaturalis fidei divinæ persuadeatur bonitas & necessitas virtutis. Si etiam deinde voluntas occupetur sanctis affectibus (quæ est vera devotio) & per propositum statuatur firmissima sanctæ vitæ decreta, ac denique per ardentia colloquia petantur & impetrentur magna ad exequendum divina auxilia & gratiæ. *Tertium* est, quod S.P. Ignatius videatur pene pro eodem sumere nomen meditationis & contemplationis; exceptis quibusdam in hebd. 4ta. Cæterum accipitur aliàs contemplatio pro quodam

dam



dam altiore genere orandi; per quod intellectus Deum veritates & objecta divina magis intuetur, quam de illis discurrat; eoque in summâ admiratione defixa, voluntas conquiescat in amore, exeat tamen deinde promptior ad opera & officia perfectionis. Verum hoc est donum dignitatis Dei, ad quod præparatur tamen anima, modo orandi consueto, per quem & intellectus & voluntas, seu merendo, seu præparando disponitur, animus verò expurgatur. Vide P. Diertins ad annot. 1. in Exercit.

### DE EXAMINE PARTICULARI.

**S**. P. Ignatius in admirabili illo & practico libro exercitiorum, alterum instrumentum se ipsum vincendi, vitium extirpandi, perfectionem consequendi, suggerit examen particulare: quod particulare dicitur, quòd per illud conatus & studium intenditur ad unum particulare vitium vel virtutem. Tantò efficacius, quòd facilius singuli vincuntur hostes; singuli franguntur bacilli, quàm multi simul. De hujus praxi plura in parte 2da. Pro eo Examine S. P. constituit tempora.

*Primum tempus est matutinum; quo debet homo, statim dum à somno surgit, proponere diligentem sui custodiam.*

*Secundum est pomeridianum, in quo petenda est à Deo gratia, ut reminisci possit, quoties in delictum illud particulare inciderit, & in posterum cavere. Deinde faciat discussionem &c. & denuò proponat per spatium diei reliquum diligentius sese cohibere.*

**Tertium**



Tertium erit *Vespertinum tempus*, in quo post *cœna horam* facienda est *discussio secunda*.

Observandum primò per diem, quoties id delicti genus homo commiserit, manu pectori admotâ doleat de lapsu &c. cum proposito.

Secundò: tempore Exercitiorum faciendum est examen particulare de ordine diei & observatione additionum,

Tertiò: annotandus est numerus defectuum & pomeridiano tempore & vespertino: tempus matutinum pomeridiano comparandum, dies diei, hebdomas hebdomadi: ut videas quantum profeceris annotatur in lineolis pro totidem diebus.

1	—————	<i>Fiunt lineæ paulatim breviores sic enim defectus minui oportet.</i>
2	—————	
3	—————	
4	—————	
5	—————	
6	—————	
7	—————	

#### DE EXAMINE GENERALI.

**D**icitur hoc examen generale, quia non de uno, sed totius diei delictis minimùm semel instituitur in die circa vesperum; hujus puncta quinque S. P. præscribit.

Primum punctum est; *Domino nostro Deo pro beneficiis acceptis gratias agendas esse.*

**B**

Se.



Secundum; *Quod debemus pro cognitione & expulsionem peccatorum gratiam flagitare.*

Tertium; *De admissis presenti die peccatis, rationem ab anima nostra exigere; per horas singulas, ex quo surreximus vestigando &c.*

Quartum; *Postulare veniam de delictis.*

Quintum; *Proponere cum Dei gratia emendationem, & orationem dominicam post dicta omnia recitare.*

De hujus examinis praxi plura parte 2da.

Denique tria sunt; quæ faciunt plurimum ad fructum magnum percipiendum ex Exercitiis. Tria item; quæ exercitia sterilia faciunt, non sine gravi ratione ad iudicium divinum reddenda de subsidio tam divino oscitanter transmissio. Ad fructum. *Primò* necessarium est, ut accedas cum magno desiderio magni profectus ad perfectionem & gloriam æternam; atque hunc à Deo petas, quanto desiderio, tantâ obsecratione & ante & in ipsis totis exercitiis. *Secundò* quod dictum est §. tertii initio ut quis magno & liberali animo totum se offerat Creatori, paratus ad omnia profusus, quæ bonus Deus pro suâ gloria inspirare dignabitur. *Tertiò* exacta accuratione observare additiones, ordinem diei, tempus & modum singulis exercitiis destinatum. Hæc tria qui negligit, tria opponit Deo, Divinis gratiis, suæ & alienæ perfectioni & salutis, serò dolenda impedimenta.

Videndum est directorium exercitiorum, quænam sint cuique tradenda exercitia. Non enim sunt



sunt omnes ad omnia cum fructu obeunda satis idonei. Alia enim secularibus, alia religiosis, alia exercitatis, alia rudibus opportuna. quibusdam tradenda sola hebdomadis primæ exercitia &c. Ordo diei, ac distributio temporis hæc aut similis esse potest.

### Ordo diei.

**S**urgitur à somno horâ IV. inter aspirationes proximæ meditationi congruas, quales sup-  
peditant verba scripturæ sacre ad singulos dies addita; Visitatio SS. Sacramenti: pietas & matutina intentio. Medio V. ad medium VI. meditatio.

Sequitur recollectio cum annotatione luminum & propositorum.

Recitatur ex horis Prima & Tertia.

Hora VI. legitur ex libello Exercitiorum quod in fine singulorum dierum annotatum est.

Quadrante ante VII. præparatio ad sacrificium Missæ quod legitur aut auditur hora septimâ: dein dicitur ex horis sexta & nona.

Horâ VIII. lectio spiritualis præscripta singulis diebus.

Quadrante ante IX. præparatio ad meditationem secundam; quæ fiet horâ nonâ.

Hora X. recollectio, visitatio SS. Sacramenti.

Quadrante post X. Examen conscientie. Medio XI. prandium.

Hora XI. Diversio animi. Ba XII.



Hora XII. Litanïæ B. V. - Visitatio SS. Sacramenti, renovatio intentionis. Examen particulare de additionibus & ordine diei Ex horis Vesperæ & Completorium, Lectio Thomæ de Kempis annotata singulis diebus.

Horâ I. præparatio ad Confessionem generalem, aut lectio, Examen & ordinatio rerum officii sui. Præparatio meditationis.

Hora II. Meditatio tertia aut consideratio.

Hora III. Recollectio, annotatio luminum & propositorum. Visitatio SS. Sacramenti

Medio IV. Lectio spiritualis.

Quadrante post IV. Matutinum & Laudes, præparatio ad meditationem.

Horâ V. meditatio.

Hora VI. Recollectio, propositorum annotatio, visitatio SS. Sacramenti, Rosarium.

Medio VII. Cæna.

Hora VII. pia diversio animi.

Hora VIII. Litanïæ de omnibus Sanctis.

Præparatio ad Meditationem matutinam.

Medio IX. Examen utrumque.

Visitatio SS. Sacramenti, Oratio vespertina, quies, inter sacras aspirationes diei congruas.

NB. Tempore vacuo, repetuntur piæ aspirationes congruæ diei & materiæ v.g. ex verbis scripturæ annotatis in fine diei cujuscvis: renovantur affectus & proposita meditationum.

PARS



PARS PRIMA

Methodus bene obeundi per octi-  
duum aut ultra, Exercitia  
S. P. IGNATII

Principium seu Fundamentum.

*CREATUS est homo ad eum finem ut Dominum Deum suum laudet ac revereatur ei que serviens tandem salvus fiat.*

*Reliqua verò super terram sita, creata sunt hominis ipsius causâ; ut eum ad finem creationis suæ prosequendum juvent; unde sequitur utendum illis vel abstinendum eatenus; quatenus ad prosecutionem finis vel conferunt vel obsunt.*

*Quapropter debemus absque differentia nos habere circa res creatas omnes. Sed consentaneum est ex omnibus ea demum, quæ ad finem ducunt, eligere & desiderare.*

Duo sunt, quæ ex hoc principio seu fundamento addiscere & consecrari debemus: Alterum est, ut finem illum, quem homini Creator Deus constituit, summè æstimemus, eum solum intendamus, omni conatu prosequamur. Alterum est, ut res omnes creatas, quæque Deus non sunt, rectè æstimantes, rectè illis non perperam utamur ad finem & felicitatem nostram.

Huic fundamento certum tempus non defini- vit S. P. meretur tamen cùm fundamentum sit, exactè nec breviter expendi.



Dies prima

DE FINE HOMINIS.

**C**reatus est homo ad hunc finem, ut Dominum Deum suum laudet ac revereatur, eique serviens tandem salvus fiat.

Scopus est, ut finem à Deo nobis constitutum pro merito summæ suæ necessitatis & altitudinis supra omnia æstimantes, ad eum solum & semper totâ voluntate & conatu feramur.

Meditatio prima

DE NECESSITATE FINIS

Desumpta à Deo creante.

**O**ratio præparatoria præmittitur ex more. Vide pag. 7.

Prælium primum: Imaginare tibi & vide Deum in sua cœlesti æternâque felicitate beatum, tēque cum Deo, in Deo, de Deo, cum innumero choro sanctorum in æternitate tota gaudentem, sed non otiosè eò perventurum.

Prælium secundum: Petendum à Deo valde enixè, id quod meditationis præsentis scopus est: scilicet, ut finem à Deo tibi constitutum pro merito summæ suæ necessitatis & altitudinis supra omnia æstimes; atque ad eum solum, & semper, totâ voluntate & conatu feraris.

Magnam gratiam ad hoc largiatur conditor DEUS.

Intel-



Intellectus.

Punctum primum.

**M**emoria proponit, quod meditandi materia est. Creatus est homo ad hunc finem, ut

Dominum &c. (a) Intellectus deinde considerat:

Creavit magnus Deus magnum aliquod opus adhibitâ sapientiâ infinitâ, consilio altissimo & divino, potentiâ infinitâ, ex bonitate infinitâ, secundum exemplar perfectionis infinitæ, capacius orbe & toto universo, pulchrius omnibus in terra & coelis, atque ipsis omnibus nobilior, constantior, Deo carior, solo Deo inferior.

(b) an frustra, an nullo fine tantum opus creare Deus potuit aut debuit?

Opus illud est anima & Angelus. Non poteras esse, nisi sapientiâ, consilio & voluntate boni-

Voluntas.

(a) Elicitur firma viva fides, quâ Deo creditur doctori & testi presentis veritatis.

Desiderium, eandem veritatem valde persuadendi intellectui & voluntati.

(b) Agnitio certa per fidem, admiratio, veneratio, benedictio, amor, divinarum illarum perfectio- num & divini consilii ac operis.

(c) Estimatio magna pretiosæ animæ, gaudium, quod sis viva Dei tui imago, ipsius Dei capax, amor & magna gratiarum actio & adoratio principii & Creatoris tui, in cuius te manu paternâ velut ipsius opus & imaginem considera, offer te ex amore & veneratione intimâ ad omnem finem, quem tibi constituere placuerit infinitæ sapientiæ & bonitati: notum fac mihi Domine finem meum Psal. 38. 5.

De-  
tan-  
tum  
linis  
em-  
Vi-  
vide  
um,  
ne-  
en-  
val-  
ous  
oro  
su-  
m-  
el-



*Intellectus.*

tatis ac perfectionis, virtute potentiae infinitae & divinae. Capacior est anima tua coelo & universo, quia Dei capax; pulchrior omnibus pulchris, quia Dei vivi viva imago & exacta. Semperpiterna, immortalis, Deo & solo Deo dignum opus

(c) An frustra, an nullo fine tantam animam potuit Deus aut debuit creare? Non potuit: Creavit itaque & dedit illi intellectum & voluntatem capacem omnis boni ac Dei percipiendi, amandi, colendi & possidendi. Dedit potentias caeteras natas & capaces ut serviant Creatori (d) atque hunc finem homini constituit, ut Dominum Deum suum laudet, revereatur, amet serviatque ei in tempore; laudaturus, amaturus & fruiturus ipso Deo in aeternitate. (e)

*Voluntas.*

(d) *Fam tum incipe & dedica meritissimo Creatori intellectum tuum & voluntatem pro tota sua capacitate impendendam: omnes item potentias animi & corporis.*

(e) *Summa aestimatio huius finis & placentia in illo, tum propter constituentis perfectiones, ejusque amorem & venerationem tum propter ejus equitatem, necessitatem, sanctitatem, altitudinem.*

(f) *Gaudium magnum, quod Deus ad finem tam sublimem beatum & aeternum te Creaverit, gratiarum actio pro merito bonitatis creantis & felicissimi finis, Gratulatio magna tibi & aliis ad hunc finem creatis.*

(g) *Abominatio magna & horror tanta blasphemia.*

Hæc



*Intellectus.*

Hæc etiam sibi quisque pro suo statu & officio ejusque debito & fine speciali applicare potest. Hic jam finis est tam necessarius, ut intellectus fateri debeat, aut non creavit Deus; aut non sapienter, non sanctè, non bene, non justè, hunc finem homini constituit; aut vollet, debetque certò finem sic constitutum exigere. (f) Non potest Deus abdicare aut deserere hujus finis debitum, non potest non hunc finem in æternum ab animâ æternâ & immortalis summo jure & voluntate exigere & persequi. Hic est solus & summus honor, solus fructus, solus gustus & oblectatio, quam ex nobili creatura sua habere potest Creator, in tempore & in æternitate; sola Dei satisfactio & quies, quia

*Voluntas.*

*Desiderium*, uti Deus non potest ab hoc fine discedere, ita nunquam discedendum;

*Fatere*, quod infinite dignus sit Deus, ut accipiat à Creatura sua & te, omnem honorem, fructum & gustum. *Desidera*, offer, time, ne quid horum per te desit, aut fiat contrarium.

(h) *Confitere Deo in fide, summam tuam ac aliorum necessitatem (repetendo rationes) amplectendi perfectè & promptè eum finem &c.*

*Gaudium de agnitâ illâ, licet serò, summâ veritate.*

*Gratias magnas pro ejusdem agnitione, desiderium magnum pro finis magnitudine, illum in magna Perfectione consequendi. Spes in seriâ bonitate Dei*  
fini



*Intellectus.*

finis. Hæc summa & sola est contumelia & injuria Creaturæ in Creatorem, solum suæ rei detrimentum summa & sola (si esse potest) afflictio, in tempore & æternitate, fraudari isto fine. (g)

*Conclusio practica;* est itaque hujus finis à me acceptandi justitia, necessitas, & obligatio summa, æterna & infinita. Aut non debet esse homo, aut in hoc fine occupari nunc & in æternum. (h)

*Reflexio* inquit primò in vitam præteritam; an, quibus, quàm multis, culpis gravibus, aut levibus, imperfectionibus, tui amoris & rerum vanarum studiis, omissionibus, ab hujus finis debito & lege recesseris? intellectu, voluntate, servitio? (i)

*Voluntas.*

(i) *Gracias de bene actis.*

*Confessio, admiratio querela, odium, horror, tristitia, confusio magna, per magnitudine Dei finis tua obligationis coram Deo, SS. &c. deprecatio humillima, per Christum &c. compensatio per ipsos & SS.*

(k) *Odium, fuga &c. dolor &c.*

L. *Propositum coram Deo Christo, B. V. SS. serium, sincerum, certum &c.*

*Oblatio ejusdem per manus B. V. SS. &c.*

— *Actus interni ejusdem.*

Secun-



*Intellectus.*

Secundò, Quæ culparum & defectuum radices & causæ? an non tui ipsius præ Deo infelix amor? oculus & animus pronus ad res creatas? (k)

Tertiò. Quomodo deinceps possis, debeas ac velis summæ huic necessitati laudis & obsequii divini, & quàm perfectè certòque satisfacere? quid sancti &c. quid velis factum moriens? (l)

Quid in æternitate? &c.

*Punctum secundum.*

**M**emoria proponit materiam; atque illud imprimis, ut Dominum Deum suum laudet. (a)

*Intellectus* expendit: ipsum Creatorem animæ ac hominis, esse ejusdem Dominum, solum, summum, necessarium, perfectissimum: Dominum omnium facultatum internarum & externarum; corporis & animi: omnis horum fructus & operatio-num. Quia ipse fecit nos & ex nihilo & solus. Non potest esse homo, quin Dominus hominis sit Deus. Tu solus Dominus. (b)

*Voluntas.*

— *Timor & diffidentia magna, propter tuam inconstantiam.*

*Petitio magna gratiæ à Deo Christo per B.V.SS.&c.*

(a) *Fides, sicuti in puncto primo, Desiderium &c.*

(b) *Agnitio, confessio, amor, veneratio presens & intima, cum gaudio de Domino tam magno, tam bono, tam necessario.*

*Gratulatio Domini &c.*

Non



*Intellectus.*

Non est Dominus plenâ possessione juris sui; nisi suum habeat & possideat hominem, & quæ hominis sunt & quidquid possunt omnes hominis facultates: illud scilicet ut intellectus Deum Dominum suum laudet, voluntas amet ac revereatur, cæteræ facultates serviant. (c)

Hic est solus, summus ac necessarius, Dei Domini ex sua creatura honor, fructus, gustus, satisfactio in tempore & æternitate: contrarium, summa injuria cum offensa & vindicta. Quàm certò, quàm necessariò Deus Dominus est hominis, tam certò & necessariò debetur ipsi laus, reverentia, servitium: & quàm diu Dominus est; æternum (d)

Non potest Deus desinere esse Dominus, nec potest desinere hæc obligatio hominis, nec à Deo abdicari.

*Conclusio practica:* quemadmodum necessariò Deus Dominus, & ego Dei totus sum; ita necessariò debeo intellectu &

*Voluntas.*

*Desiderium unde ex integro serviendi.*

(c) *Oblatio tuarum omnium facultatum tuarum, in plenum Dominium*

(d) *Fave Domino supremo & optimo ex aliis omnibus; atque ex te omnem & perfectissimum fructum desiderata: time contrarium.*

(e) *Sicut puncto I. litt. h. i. & c. volu-*

volu  
tibu  
R  
ardu  
rem  
cter  
con  
cto  
  
M  
num  
tur  
  
ide  
nus  
mu  
per  
esse  
am  
infi  
am  
om  
cul  
det  
om  
&  
I



*Intellectus.*

voluntate totâ omnibus facultatibus Deo impendi. (e)

*Reflexio*, quid, quantum, quàm arduis rebus ad laudem, amorem, servitium Domini mei hætenus me impendi? annon contrarium? reliqua sicut puncto primo.

**Punctum Tertium.**

**M**emoria ex materia præsentis proponit illud: ut Dominum Deum suum laudet, revereatur &c.

*Intellectus* expendit; quod idem ipse, qui creator & Dominus est, idem ipse Deus sit; primum, omne, infinitum bonum; per se, propter se, omni (quæ esse & cogitari potest) laude, amore, reverentia & servitio infinitè dignum; cujus laudi, amori, venerationi, obsequio, omnis intellectus, voluntas, facultas impendere se necessariò debet ob primam, infinitam, omnem summam excellentiam & bonitatem. (a)

Hinc est quòd ipsemet Deus

*Voluntas.*

(a) *Humillima agnitio. fidelis confessio magni Dei & perfectionum ejus, digni tuâ & aliena laude, reverentia, obsequio.*

*Adoratio ejusdem: Amor & benevolentia, operatio laudis quàm gratulatissima.*

*Gaudium & gratulatio, quod in se habeat infinitam laudem & amorem: venerationem item in Christo & SS.*

BOA



*Intellectus.*

non possit vel uno momento abstinere à sui laude & amore. Hinc est quod non possit, nec velit in æternum remittere homini necessitatem & debitum laudis & obsequii divini, Hinc est quod homo nolens laudare & amare Deum ac jam damnatus vel invitus laudem Dei procuret sitque argumentum & occasio æstimandi magnum Deum ac laudandi justè plectentem. Quanta est necessitas laudis & obsequii divini tanta felicitas, honor, lucrum, dulcedo tam magno Deo servisse & perfectiùs servivisse. (b)

*Conclusio practica:* Justitia & necessitas Deum laudandi &c.

*Reflexio:* Sicut puncto 1. & 2. b.

*Voluntas.*

*Desiderium,* etiam per te, à magnam & æternam laudem habeat.

(b) *Confusio doctor &c. iii p. 1.*

*Propositum, colloquium.*

Pater Ave.

**Meditationis Primæ Compendium.**

Summâ necessitate debetur Deo, ut homo ipsum laudet, revereatur, eique serviat, Quia ipsius est.

1. Creator.
2. Dominus.
3. Deus.

Me-



Meditatio Secunda.

NECESSITAS FINIS DESUMPTA EX

PARTE HOMINIS.

Oratio præparatoria, Præludium primum & Secundum sicut med. primâ.

Intellectus.

Punctum Primum.

**M**EMORIA ex fine hominis proponit præcipuè illud. *Ut*

*Dominum Deum suum laudet &c.*

*Intellectus* considerat: si Deus pro solo suo dominio, autoritate, jubendi supremâ potestate demandâset laudem & servitium, idque summum & æternum, nullo tuo commodo & mercede: parendum fuisset, ob rationes meditationis primæ, itaque serviunt creaturæ inferiores homine & aliquando perituræ. (a) At nunc Deus

ita vult laudem & servitium; ut cum tu Dei es, Deus vicissim sit *tuus*. *Tuus* est, dum finem mandat totâ affectione divinæ voluntatis & benevolentiae exuberantis ad se tibi communicandum, utque salvus & beatus

Voluntas.

(a) *Humillima confessio coram Deo & SS. supremi Dei in te Domini, tuæque summæ obligationis ad quidvis &c.*

*Adoratio ejusdem, oblatio tui & facultatum tuarum omnium involuntatem omnem & solius Domini.*

(b) *Admiratio stupenda bonitatis, tantò magis.*



*Intellectus.*

sis. Tuus est, ac esse cupit totâ plenitudine divinarum perfectionum, & felicitatis. Tuus omni titulo felicitatis, amoris & dulcedinis, Pater, amator, possessio &c. Tuus eâ quidem plenitudine tum affectûs tum dulcedinis suæ, ac si tuus tantum & non alterius esset; tota æternitate. (b)

Mirabilis circulus, quem instituit infinita bonitas: qui est solus & necessarius fructus Deo ex homine debitus, idem est hominis, sola, summa, æterna felicitas. (b)

*Conclusio practica:* Certò dandum est hoc tam divinè amanti Deo, quod amore mei constituit; atque ut meus sit: summa ei laus, amor, veneratio, obsequium.

*Reflexio:* Quantâ hæctenus laude, amore, reverentiâ & obsequio Dei bonam voluntatem æquaveris? Aut è contrario? &c. Uti med. I. p. I.

Quid causæ, cur malè? &c. quid deinceps? &c.

*Voluntas.*

Major, quò ipsa major est in se affectione & re &c. quò major voluntas & indignitas.

*Humillima ejus adoratio, gratiarum actio.*

*Gaudium summum de bono, felicitate tuâ, quod non potest esse major, dulcior &c.*

*Amor magnus tam mirabiliter amantis.*

Pun-



*Intellectus.*

**Punctum Secundum.**

**M**emoria recolit, quòd Creatus homo Creatoris Dei viva & certissima imago sit.

*Intellectus* considerat: quid agit nunc Deus, quid egit ab æterno, quid aget in infinita æternitate? quod objectum, quæ actio digna Deo, & beata? Cognoscere, Laudare & Amare seipsum: quid quid verò aliud agit; ex sui cognitione & amore, est ad sui cognitionem, amorem, & voluntatem. (a)

Hæc sola & tota Dei vita: hinc Dei perfectio & quies, & beatitudo. Per cognitionem in divinis filius, per amorem Spiritus S. sine cognitione, & amore sui nec viveret Deus, nec beatus, nec sanctissima Trinitas esset; sed Deus in tenebris æternis infelicissimus &c. Nec alio objecto nec alia actione potest fœlix esse Deus. (a)

Dei imago homo est, utriusque eadem esse debet actio, vita, perfectio, beatitudo, quies: laudare, & amare Deum, nunc

*Voluntas.*

(a) *Æstimatio, & approbatio summa illius Divinæ, & æternæ actionis.*

*Gaudium & Gratulatio Deo quod sit & habeat quo dignissimus est, & quo summè fœlix.*

*Desiderium imitando præstandi Deo aliquid gratissimum.*

(b) *Magnus Gaudium, gratiarum actio humillima; quod cum imago Dei sis, actione similis esse possis ad &*



*Intellectus.*

& in æternum : hoc est tandem saluum fieri. è contrario! &c. (b)

Non potest Deus me facere feliciorum quam hoc genere felicitatis. Divinum est. Æternum est. (b)

Non potest me Deus infelicem facere peiori, & longiori genere infelicitatis, quam huius objecti & actionis, & vitæ detrimento. Summum & æternum est. (c)

*Conclusio practica:* Quanta felicitas finis, quanta infelicitas in eius jactura, aut detrimento, tam mihi necessarium est, certumque esse debet, hunc solum finem prosequi, & ab eo, nec per peccatum, nec per imperfectionem ullam discedere.

*Reflexio* sicut superius. (d)

*Memoria* proponit, quòd creatus sim à Deò, ut etiam in hac vita laudem Deum, eique *serviam*.

*Intellectus* expendit; quod etiam in hac vita laudare, & amare Deum, ejusque voluntatem facere sit vita divina: vitæ in

*Voluntas.*

eius gloriam, tuam summam felicitatem: *Desiderium*

(c) *Magnus*

*sollicitus timor, æternum ac unco memento etiam ab hoc deficias.*

(d) *Dolor in*

*tensus & confusus*

(e) *Gaudium*

*& gratiæ magnæ pro magna illa felicitate in terris, si mente felicitati æterna.*

*Desiderium per*

*fectè in minimis & magnis hac # surpandi.*

coelo



*Intellectus.*

coelo & æternum agenda principium, meritum, mensura, omen, arrha. Solus pro hac, & altera vita, summus honor, lucrum, dulcedo, satisfactio, quies, tam amabili, & magno, tam amanti, tantæ meæ beatitudini in Laude & amore magno, magna & multa præstare. (e)

*Conclusio* practica: quam mihi necessarium & serium est, nunc, & æternum beatum esse tam necessarium, & serium esse debet, ut nunc dominum Deum meum laudem, ameni valde, & perfectè serviam.

Reflexio sicut in prioribus. (f)

*Voluntas.*

(f) *Valdè magnus dolor de damno tam ingenti, & turpi & multo, & irreparabili pro hac & altera vita tibi & Deo.*

*Propositum.*

*Colloquium.*

Pater & Ave.

**Meditationis secundæ Compendiū.**

Summa necessitas est prosequendi finem à Deo homini constitutum: quia

1. Ex summo Dei in nos amore est:
2. Summa & divina in æternitate
3. Summa & divina hominis in hac vita felicitas est.



Meditatio Tertia.

QUIS MODUS PROSEQUENDI FINEM?

Oratio preparatoria : præludia , sicut Meditatione primâ.

Intellectus.

Punctum Primum.

**M**EMORIA renovat brevibus momenta superiorum meditationum de necessitate , & Beatitudine finis. (a)

*Intellectus* expendit, quid sit laudare Deum? est agnoscere, & novisse per fidem; admirari, æstimare, præferre, benedicere &c. Deum & magnas Dei perfectiones; atque ob has sentire, & fateri dignum Deum magna complacentiâ, gaudio, gratulatione, dignum magno bono, beneplacito & gustu, dignum voluntate omnium benevolentissimâ & studio placendi. Sic Deum laudare potes tibi ipsi; sic coram Deo; hæc ipsi confitendo: sic coram sanctis; sic prædicando hominibus. (b)

*Laudare* est amantis. Quantum intellectus æstimat, tan-

Voluntas.

(a) *Repetitio brevis motivorum affectuum, desideriorum, & propositorum.*

(b) *Agnitio confessio quod hinc sit Deus infinite dignus.*

*Oblatio facultatum ad ea omnia perfectissimè & tota vita, & in æternum exhibenda.*

tum



*Intellectus.*

tum voluntas amat, & amare debet. *Amat* dum in Deo, ejusque perfectionibus complacet sibi: delectatur, has ipsi favet & gratulatur: bene vult ipsi; tum has perfectiones, earumque gustum tum externum quodvis bonum, & beneplacitum ex te, & aliis; quia dignus est: idque desiderat, optat & adnititur, & gaudet.

*Revereri* est coram præsentemittere se intellectu & voluntate ad perfecta, ardua, humilia, quævis. Tantum se demittit, quantum quis æstimat, & miratur Deum, in comparatione vilitatis, & malitiæ propriæ.

*Servire* est omni voluntati Divinæ conformem esse animo, & opere: voluntati mandanti, consulenti, inspiranti, facienti, permittenti circa te & alios, in evenientibus, & eventuris; idque idè, quia in his omnibus Deum, divinasque perfectiones laudas, amas, revereris.

Ipsc Deus nihil potest facere

*Voluntas.*

*Exercitium aliquod horum actuum internorum*  
 &c.

(c) *Dolor magnus, &c.*

*Confusio, quod peccatis, omissionibus, & negligentis ab hoc tota penè vita deflexerit.*



*Intellectus.*

melius, sanctius, beatus, quam suam voluntatem.

*Conclusio* practica : decernit hæc singula Deo & summo jure à te deberi & esse præstanda. (b)

*Reflexio* uti *Meditatione* primâ &c. (c)

*Punctum secundum.*

**M**emoria recolit justam necessitatem laudandi &c. Deum.

*Intellectus* expendit quanta debeat esse ea laus, amor reverentia, servitus.

Bono debetur bonum: scilicet æstimatio, laus, affectio, benevolentia, obsequium: & quidem magno bono magnum bonum, magna æstimatio affectio &c. Itaque primo bono primum bonum, prima æstimatio affectio &c. Summo bono, summa æstimatio &c. Perfecto bono perfecta &c. omni bono omnis &c. Soli bono, sola &c. æterno, æterna, infinito, infinita &c. (a)

Adde quid pro gradu suo mereatur summa in te bonitas, summa tua in fine felicitas Med. secund. (a)

*Voluntas.*

(a) *Agnitio* admiratio summa divina Excellentia dignæ omnibus summis & infinitis obsequiis.

*Dolor & confessio* quod de tuo tale nihil possis præstare.

*Gaudium, & approbatio actuum summorum,*  
Hinc



*Intellectus.*

Hinc est quòd piæ, & ferventes animæ omnia summa infinita, & divina ad Dei gloriam pro hac, & alterâ vitâ per se & omnes alios desiderent, intendant, moliantur: hinc est quòd infinitis Dei, & Christi, & Sanctorum meritis, & actionibus sua omnia conjungant ac perfectissima quæque agant. Hinc enati actus heroici, Sanctorum Martyria &c. Hinc Christi mors &c. Hinc quidam ad inferni dolores se Deo obtulit quantum foret sine peccato, blasphemiâ & damno gloriæ divinæ. Hinc illud Sancti Ignatii ad Majorem Dei Gloriam & obsequium &c. Felicissimus, qui potest & præstat maxima!

Ob eandem necessitatem magnæ laudis & obsequii Divini, nauseat Deus tepidos evomendos ex ore suo.

*Conclusio* practica: Tribuendam Deo necessariò esse summam laudem, amorem, reverentiam servitium, per magna, perfecta ardua.

*Reflexio* &c. (b)

C 4

*Voluntas.*

& heroicorum, quos & ab alis habuit Deus.

*Oblatio* horum.

*Desiderium* præstandi aliquid etiam innum, & valde gratum, utinam infinitum saltem per merita Christi Timor, horror in visis Deo teporis &c. (b)

Uti supra.

Pun.



*Intellectus.*

*Voluntas.*

Punctum Tertium.

**M**emoria, uti puncto primo & secundo.

*Intellectus* expendit, & discit ceteram rationem finis prosequendi à rebus creatis ratione & sensu carentibus. Ignis creatus est à Deo, ut urat: urit verò etiam, & primò urit tantum, neque aliud agit quam finem. Ita homo laudet, amet, ferviat tantum: Deo tantum. Meritò quidem, tum ob finem unicum, tum etiam quia quidquid es, nihil tuum, nihil alterius es; nihil tibi, nihil alteri serviat.

Secundò urit ignis & toto conatu, nihil prætermittit intentionis, quæ per Deum, & naturam suppetit: quid homo?

Tertiò urit ignis omni momento, nullo spatio remissionis: meritò & homo laudat, fervit omni momento, est enim omni momento eadem ratio, & necessitas finis. Meditat. prim. & secund.

Quartò urit ignis ad sui consumptionem &c. (a)

*Conclusio practica*: Statuit ex

(a) *Agnitio, & Confessio summa justitiæ & necessitatis, ut hoc & perfectissimo quovis modo Deo serviat.*

*Dolor & Confusio, quod te superent inanimita in hoc genere &c.*

his,



*Intellectus.*

his, parem, & majorem quæ homini incumbit, justitiam, & necessitatem, semper, ubique, & perfectè prosequendi finis, Dei laudandi &c

*Reflexio*: uti superius. Quò minùs solum Deum ames reveraris, soli servias, annon facit Amor & respectus humanus? Amor tui? &c. His multum servitur.

*Voluntas.*

*Desiderium &c.*

*Propositum.*

*Colloquium.*

Pater & Ave.

Meditationis Tertiæ Compendium.

I. Quid sit laudare, revereri, servire

II. Quanta debeat esse ea laus, veneratio, obsequium

III. Quomodo Deus laudandus, venerandus &c.

Quarta Meditatio esse potest priorum repetitio aut lequens consideratio.

Consideratio.

DE HOMINIS NIHILO

Considerationis hujus occasio sunt verba S. P. IGNATII. *Creatus est homo, scilicet ex nihilo: nihili sui consideratio perutilis erit, Primò*

C 5

quia



quia sui cognitio, & humilitas omnis perfectionis solidum fundamentum est. Secundo quia cognitio nihili, promptiorem hominem reddit ad submit- tendum se voluntati magni Dei finem constituen- tis, simul ad suscipienda ardua, atque etiam con- temptum nihilo & vilitati hominis debitum.

Porro consideratio, est faciliior quædam Medi- tatio; ubi præmissâ oratione præparatoriâ consi- deratur, agnoscitur & statuitur cum reflexione quid actum quid agendum, vel omittendum sit, atque ad ipsum gratia Dei petitur, neque etiam hoc genus Considerationis abhorret à mente S. P. IGNATII, cum non multum differat à primo modo orandi, quem S. P. docet in fine quartæ hebdomadis.

S. I.

### Nihilum Hominis in rebus naturalibus.

*PRImò* ante annos 100. ubi, quid eras? Quid in totâ retro æternitate? Nihil per te ipsum; tantundem nunc es, nec plus: Nihil.

Ut esses aliquando, nullum tuum meritum præ- cessit ( nihili nullum est meritum ) nulla Dei aut cujusquam indigentia, aut necessitas, ut esses. Idem nunc est.

Ut esses, fieri non potuit, nisi per sapientiam & potentiam infinitam. Tantum abes ( scilicet infinite ) ut vel aliquid sis. Idem nunc est, tum quia eâdem potentiâ indiges, ut conserveris, tum quia ipsa indiges ab origine & naturâ.

Se-



*Secundo* Scire, posse, operari habere &c. Sunt quæ ad esse rei consequuntur: horum mensura solet esse essentia. Uti per te nihil omnino es: ita per te nihil scis, potes, agis, habes &c. Nec scire &c unquam potes.

Quantuscunque evadas, quantumcunque scias possis, agas, habeas &c. tam illud tuum est, quam quod non es, non habes &c. Tantum huc primùm attulisti ex tuo, quantum alius qui non habet, scilicet nihil. Sic vilior es verme, aut re inter res viles vilissima, hæc enim per Deum est aliquid; tu per te, nihil.

*Tertio* Quantuscunque sis, quantum scias possis &c. semper infinita desunt quæ non scias, non habeas; horum comparatione, nihil es. Nihil item comparatione meliorum quæ in aliis sunt, aut esse possunt. Nihil comparatione divinarum perfectionum &c.

*Quarto* quantò habes plura, tantò miserius es & vilius nihilum. Tanto enim inte plura aliena sunt, & non tua, velut homo Pauper qui tanto etiam Pauperior penè censetur, quo plus alienis & commodatis utitur, & obligatur.

Quanto plus habes, tantò plura inte sunt, quibus indignus eras. Tantò majori in debito apud Deum es, cui tanto minùs sufficies, tanto minùs eris gratus: aut si gratus, gratitudo novum beneficium est.

*Quinto* Quemadmodum ipsemet per te nihil es,  
ita



ita in omnibus quæ agis nihil per te primò potest esse boni: actioni omni tuæ, quantum per te est, deesse debet omnis prudentia, perfectio bonitas omnis usque ad imam abyssum omnis mali & turpitudinis. Per te nihil potes, nihil habes nisi errare, labi, miserum, nihil esse. Nullus tam malus tam fœdus error, tanta miseria; quæ non sit genuina tuo nihilo, sive Physica sive moralia sive supernaturalia spectentur. Abyssus errorum, vitiorum, malorum omnium in te & tuo nihilo latet.

*Sexto* Hujus tui nihili tanta est certitudo, tanta necessitas, quanta est ut Deus sit Deus: Deus omnia, tu nihil.

*Septimò* Cum ergo nihil sis; sequitur quod nullius intersit aut interesse meritò debeat an tu vilis, an contemptus, an miser, an non sis. Nihili nulla ratio. Imo quanti refert olim Dei & Sanctorum, & totius universi, si (quod absit) æternum damnareris? Nullus inde infelix. Tam vilis es. Nec evadere per ullam potentiam ex hoc nihilo & vilitate potes, quantuscunque evadas.

Talem æstima teipsum; cui minimus honor nimius; nullus nimius contemptus, & miseria: cujus ratio, & fundamentum est, quia cum Deus necessario sit, omnia: omnium felicitas, & finis; tu necessario nihil sis; necessario Deus omnibus omnia. Tu omnibus nihil merito esse debes. Cum etiam per te non nisi error & turpitudine sis; merito, omnibus displicere, & nausea esse debes.



## Nihilum hominis in statu supernaturali.

*PRimò* Quantacumque habeat aliquis bona naturalia, sitque in illis maximus, ad statum supernaturalem, est nihil. Ea tam vilia sunt, ut ejus generis summa reliquerit Deus inimicis suis Diabolis; damnandis donet etiam nunc v. g. Scientias profanas, ingenium, gloriam pulchritudinem, divitias &c.

Omnia naturalia ( etiam quæ esse & cogitari possunt ) in unum congesta, tanti non sunt; ut valeant per se ad emendum unum, ac infimum gradum gratiæ aut gloriæ &c. declinandum infernum &c.

*Secundò* Mirus *nihilo es*, ad statum, & bonitatem supernaturalem acquirendam: ut existeres, meritus quidem non eras: ac nec contrarium meritus eras, quia non eras. Ut verò ad statum supernaturalem, ad primam gratiam, aliasque deinceps pervenires, foedissimè indignus & male meritus eras contrarium: tum innatâ labe originis, tum propriis multis peccatis. *Cor mundum crea in me.* ait. ps. 50. Sanè creat Deus, & plusquam ex nihilo donat & efficit, quidquid es boni.

*Tertio* Uti in rebus supernaturalibus prorsus nihil es; ita nihil scis, nihil potes. *Nihil scis* quantum ad objecta, & quantum ad modum eveniendi

hendi



hendi te, vel alium ad salutem, & extra damnationem. Tum quia illa objecta nimium sunt à sensibus, & naturali facultate per altitudinem suam remota, tum ob impenetrabiles tenebras intellectus humani, quas offudit & naturalis vilitas, & labes peccati originalis.

Nihil item potes operari. Vires enim ad actionem, & meritum supernaturales habes per naturam omnino nullas. Habes verò etiam imbecillitatem, remoram, ac pondus plusquam plumbeum, à peccato originis.

Per idem originis peccatum, præter divinam aversionem in quâ constituitur anima, & naturam per se ad vitia quæque propensam, insita est quædam abyssus omnis mali, perpetua, semper exundans, quasi infinita, nunquam exhaurienda, fomes peccati, & inclinationes singulares. Miserum te, qui prohibere non potuisti, quo minus malus nascereris, & in abyssò mali, etsi malum nondum ipse teceris.

Hinc est quod nihil scias, nihil possis per te, nisi peccare tantum, teipsum damnare, & alios; atque huc semper propendeas. Hinc sunt illa tot & tanta peccata, quæ fecisti, & facturus es, quibus ipsa opera bona commaculas.

Hinc est quod facturus certò fuisses, & facturus certò sis peccata quæ sunt inter damnatos pessima, & turpissima, nisi Deus singulari beneficio occasiones avertisset, & avertat, aut gratia adjuvisset, & adjuvet, illud solum malum

non



non facis quod Deus avertit. Minima tentatio, & occasio tibi per te certa est ruina. Vide quantum abyssum mali, & inferni tibi aliisque circumferas.

*Quarto* Ista quidem ex peccato originali: quæ verò nova & major abyssus mali, malitiæ turpitudinis, & miseriæ ex peccatis propriis tot & tantis, præteritis, forsan non deletis, forsan futuris? Ex peccatorum pœnis, & habitibus? Vide die 3. Med. 1. 2. 3. omni nihilo miserior nota, & labe peccati!

*Quinto* Si quid jam boni habes, aut fecisti, prorsus nihil tuum est. Alius apud te fons est, abyssus mali. Nihil aut alia meritis eras.

Quantacunque habeas in donis, gratiis, officiis, sacris; nunquam exuisti, nec exuere potes illud tuum primævum ab origine nihilum: illam Abyssum indigentiae, malitiæ, miseriæ periculi; Abyssum nihili & vilitatis: quidquid boni est, tuum non est: tu verò tanto obligatior alienis, tantò minus sufficiens tuæ obligationi, & reddendæ rationi, quanto plura, & majora habes.

Illum te cogita, non qualis es per Dei infinitam bonitatem, sed qualis eras olim, qualis certò futurus esses, sine Deo; aut nihilum aut pessimus, & miserrimus? quod amplius est, Dei est, non tuum.

Quantumcunque bonus sis; non perseverabis uno momento; nec perseverare ad finem potes  
per



per te , nec perseverantiam mereri certò potes ,  
nec petere rectè a Deò ( rectè petenti dabit be-  
nignus , & fidelis Deus ) Dei hæc esse debent sin-  
gularia beneficia huc requiritur misericordia infi-  
nita. Ita per se, sine Deo nec uno momento ma-  
nes bonus , sine adjumento & beneficio necessa-  
riæ infinitæ bonitatis.

Quid porrò de te merito existimabis ; si in  
hac Abyſſo tui nihili , indigentia , malitia , & mi-  
seria intuearis in alteram Abyſſum judiciorum  
Dei ? quid illa de te justè , & sanctè , ad permit-  
tenda multa peccata tua , & consecuturam in  
felicitatem destinant ? Miser ! Miserior nihilo !

Ait quidam : si esset aut esse posset homo , qui  
nullum haberet divinum beneficium , quo ma-  
lum averteretur ; ille tam esset malus , tam mi-  
ser , quam Deus est bonus. An non tu es homo  
ille , si tua sola spectes ? vide P. Segneri in Spec.  
non Fall.

*Sextò* Nunc demum in illo statu nihili , & villi-  
tatis tuæ compara te ad Deum : quàm præ illo ,  
in oculis ejus vilis , malus , miser , minùs nihilo  
es quàm nihil per te illius Excellentiâ , bonitate  
in te ejus offensâ justitiâ , ejus fruitione , esse , aut  
facere dignum possis.

Compara te cum aliis vel mediocriter aut infi-  
nite bonis : infinita quædam est distantia inter illos ,  
& tuum nihilum , & merum malum : scilicet si  
consideres id , quod ipsi per Deum & verè sunt ,  
atque id quod per te revera es aut per te certò  
fores.

Compa-



Compara te cum peccatorum dannandorum, damnatorum, & diabolorum pessimo. Mali majorem Abyssum tecum circumfers; fuisses, esses, eris certò his omnibus pejor & miserior: cur non es? Dei infinita bonitas est, si non sis. Quàm justus coram Deo, quam necessarius est summus tui contemptus, nausea & odium!

§. III.

Quid faciendum in isto nihilo,  
& vilitate?

**H**Oc proprium superbiæ, & superbis est, ut nec libenter viles aut nihilum esse velint, nec sese tales existimare, nec existimari, videri tractari ab aliis. At cogita, quòd tuum nihilum, illiusque necessitas non sit malum, sed bonum Deo; non malum, sed bonum proximo, cui Deus debet esse omnia, & finis; non malum sed bonum tibi, qui habes omnia meliora in solo Deo, & certâ, infinitâ veritate & fidelitate; & quidem tantò hoc melius est omnibus, quantò minùs nihilum es, ut Deus sit omnibus omnia. Quidam pusillanimes redduntur cogitatione sui nihili. At malè agnosce tuum nihilum. *Deus veritatis Ps. 30. humilia respicit Ps. 112.*

I. Quid erga Deum?

Valde Deo displicet: peccatum Luciferi, est affectatio divinitatis, & juris divini, est nolle esse nihilum, nolle esse quod es à Deo, velle pro alio haberi, & tractari, quàm sis. Summè placet Deo

D

agnitio



agnitio summi nihili nostri & demissio, quia summa est veritas, & justitia; ut Dei sit solius omnis gloria. Nemo unquam dignè suo nihilo & indigentia, nemo dignè Deo, seipsum animo & voluntate demisit, satisque abjecit; nisi solus homo Deus. Cum hoc ergo, & cum ejus humilitate.

Da Gloriam Deo, & fatere ipsum tuum summum nihilum, miseriam, malitiam, indigentiam in omnibus, magna cum confusione tua.

Gaude, gloriare, & gratulare Deo, te necessariò ita esse, scire, posse, ac habere nihil; ut Deus solus sit, sciat, possit, habeat, ac faciat omnia.

Quòd nihil Deo, divinæ felicitati obsit tua vilitas, & miseria; ipsèque nec tui, nec ullius egeat: quod Deus in se, & aliis, habeat quæ in te non habet: quod ex tuo nihilo consurgat infinita necessitas Deo te submittendi, obediendi, Deum rogandi, Deique solius sit omnis omnium gloria: quòd tuum nihilum penè in infinitum exaltet & exaltaturum sit in æternum Dei misericordiam, & bonitatem: tanto major miseratio, & beneficium, quo indignior est, qui accipit.

Ad Dei Majestatem, perfectiones, præsentiam, demitte te in nihilum tuum, usque ad Infernum; ad beneficia minima & maxima summè stupeas pro indignitate tuâ. Tantò profundiores gratias age. Ad omnem ejus voluntatem (imprimis illam, quâ finem hominis constituit) ad omnes ejus dispositiones, eventus, judicia, ad adver-



sa, præsentia, & futura, cum profundâ adoratio-  
ne te accommoda, etiam ad graviora paratus.  
Scito, quòd ex te & de te solo, nihil unquam Deo  
dignum exhibere ipsi possis.

Peccata tua ex nihilo tuo in infinitum exagge-  
ra: tantò magis erubescere, plecte; tantò cautiùs  
coram Deo ambula: tantò profundius time Dei de-  
te judicia. Ora Deum in precibus ex nihilo tuo;  
atque ad Deum altissimum clama ex abyssu tui ni-  
hili, malitiæ, miseriæ, inferni.

### Coram Sanctis pari habitu compareas.

2. *Erga proximum.* Tacitè gratulare illi; quòd  
nullum illi malum, tuum nihilum sit, cui Deus so-  
lus est omnia; sic de eo cogita, loquere, sic eum  
tracta, audi, rege, sic illi servias tamquam ima-  
gini Dei vivæ, quâ tu sis per tuum nihilum, & mi-  
seriam longè ac penè infinitè inferior. abjice te  
intellectu, & voluntate infra omnes etiam dam-  
natos & damnandos.

De omni ejus excellentiâ gaudeas valde, ut à  
Deo profecta: quod Dei est tuum est: tantum ab-  
est, ut obsit. Semper in illo aliquid boni inve-  
nias, tuo nihilo melius. Aliena præfer tuis sem-  
per suspectis; alienum sermonem, consilia, facta,  
&c. Errata proximi tolera, excusa: si non possis;  
compatere: cogita fuisse, & esse in te pejora aut  
certo futura; infinitè pejora latere in abyssu tua,  
certò eruptura, nisi Deus certâ bønitate prohi-  
beat.



beat. In alienis miseriis compatere; æstima cur te non afficiant? quo meritus? nihilo. Incommoda velut magis dignus tibi præ aliis elige.

3. *Erga te ipsum.* Gaude, gratulare tibi in nihilo tuo; quòd tua felicitas non sis tu ipse, nec tua quæ nihil sunt; sed Deus, qui est omnia, & vult esse tuus, pro te sollicitus: quòd hoc sis, quòd Deus te esse voluit (peccatò exceptò) & non plus; quod ipsum divinæ bonitatis est: quòd Deo proprium ac gloriosum sit creare, & ex nihilo omnia facere, & agere, etiam tuo, & quanto melius illud agnosces: quòd hæctenus hoc fecerit innumeris beneficiis plurium pignore, & promissione; quòdque tuum nihilum, & vilitatem certò superet infinitè ejus bonitas. Habenti duo talenta æquè dixit, *Euge serve bone*, ac habenti quinque: & tibi unum habenti, si illud sedulò impendas. Ad nihil prorsus aptum te judica, sive agendo, sive consulendo. Ad omnia aptum per Deum, & in vera, sincerâ humilitate bonæ, & simplicis voluntatis.

*Omni* prorsus bono reputa te indignum, abdicato omni amore proprio; ideo pernega tibi, quæ potes. Nullus his est te indignior: periculosa, aliena, indecentia, in te sunt omnia: imprimis honor minimus, & aliorum amor tui, & obsequium, in tuis est dedecus, detrimentum, furtum honoris divini, & certus error. Nequidem honor, Dei in te delatus donis tutus tibi est, ob periculum nimis lubricum. Ad omnem erubescere, time; de nullo gaude, aut cogita. Deo tribue soli. Mavelis honorem Deo exhiberi in alio, quàm in te.



*In benegeſtis* totum Deo reſtitue cum omni honore: tibi errores, & contemptum reſerva. Semper in rebus, geſtisque tuis inveni aliquid, ex quo teipſum vilipendas & oderis. Nihil magnificum loquere. Tui, tuarum rerum, factorum, nec mentionem apud alios facias, aut feras: nihili nec mentio eſſe debet; multò minùs æſtimatio &c. minùs tantæ foeditatis nihilo conjunctum in te.

*In adverſis* humiliare nihilum viliffimum ſub potenti manu Dei: nil erit, nimium. Minor merito tuo infernus eſt. Peſſimus dignus peſſimis. Nulli hæc magis congruunt, quàm tibi. Gratias Deo infra meritum, & benevolè affligenti. Ad plura ſis paratus, ſic Deum habes magis propitium tuæ miſeriæ. Elige digna te, & tuâ vilitate.

*In æſtimatione vili*, ſermone vili de te, tractatione tui viliffimâ & pudore dignâ ( niſi ad cavendum ſcandalum ) nihil excuſa, impedi, detrecta. Nihil illa Deo aut alteri nocent, aut dolere meritò debent: tam vilis es; nihil in te nimium. Nec innocens es, quamvis innocens. Saltem talis es, & pejor in abyſſo tuæ malitiæ. Quod non eruperit malitia, Dei eſt opus. Veritas eſt omnis tui vilipenſio. Juſtitia eſt omne opprobrium. Utroque, Deo propitio placebis, magis in majore Aude à Deo petere, & gratias agere, atque in his gaudere, & gloriari.

*In erratis propriis*, noli illa ſuperbo blandimento velle ignorare, excuſare, minuere, nec apud te nec apud alios. Nihilo inde es melior, ſed hy-



pocrita. Prævisa res sit, multus & magnus error. Totus es error, & malus. Noli inquietus ob errores esse, Deus propitius certò ignoscet. Non desinet Deus esse bonus, etsi tu malus & miser sis, rogatus certò vertet in bonum: non permittet plures, quam ad tui salutarem contemptum proficit. Iplis erroribus divina bonitas, & providentia utitur ad bonos, & magnos fines, humiliare coram Deo, qui hæc justè bene & benevolè permittit. Gratias Deo, quòd graviora non permiserit, resigna te in omnes errores cum subiectione, amore & fiducia, quos Deus ad tui humiliationem permittet: fatere Deo & deprecare &c. contemptum inde secuturum à Deo demissè accepta: hic melior est quam impunitas. In ipsis erratis tuis (quatenus peccatum non sunt) gaude & gloriare; sunt enim unde utilissimè deprimaris, testes veritatis & nihili tui.

Nullibi quies nisi in Centro nihili  
sui, Deo & fine.

*Verba Scripturæ sacræ.*

DE FINE HOMINIS.

Ego sum principium, & finis. Apoc. 1.

In gloriam meam creavi eum, formavi eum, & feci eum. Isa 43. 7.

Non estis vestri 1. Cor. 6. 19. Tuus sum ego Ps. 118. 94.

Semper laus ejus in ore meo. Ps. 33. 2.

Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis



tudinis ejus. Ps. 150. Reformamini - - ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Rom. 12. 2.

Unum est necessarium. Luc. 10. 42.

Hoc est enim omnis homo. Eccles. 12. 13.

## De Nihilo hominis.

**L**oquar ad Dominum meum, cum sim pulvis, & cinis. Gen. 18. 27.

Substantia mea velut nihilum ante te. Ps. 38. 8.

Est quasi dives, cum nihil habeat. Prov. 13. 7.

Intra in lutum, & calca. Nahum 3. 14.

Si separaveris pretiosum à vili quasi os meum eris. Jerem. 15. 19.

Humilia valde Spiritum tuum, quia vindicta carnis impii ignis. Eccles. 7. 19.

Qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus.

2. Corinth. 7.

Bonum mihi, quia humiliasti me. Ps. 128. 17.

Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi 2 Cor. 11.

Vilior fiam plus quam factus sum, & ero humilis in oculis meis, & gloriosior apparebo. 2. Reg. 6. 22.

## Legenda die primo.

**I**n primis omni die P. Lancitii Opusc. 6. de Recollectione. Item vita alicujus Sancti. Item Meditationes P de Ponte de materia occurrente. Ex Thoma de Kempis lib. 3. c. 9.

Libello Exercitiorum Annotationes sub init.

Lancit. Op. 6. c. 1. 2. 3.



Rodericio p. 1. tr. C. 15. 3.

Nierembergio de Ador. lib. 1. c. 1. 9. 11. 12. 1. 2. c. 15. 16. 17. 18. &c. de nihilo l. 3. c. 9.

Legi præterea poterunt alii, qui scripserunt in Exercitia S. P. IGNATHI: non tamen fermè legendum est, nisi de materiâ eo die occurrente. Non multa legenda sunt; sed quæ meditatur lecta tempus impleant.



## Dies Secunda.

### DE MEDIIS AD FINEM.

*REliqua verò (verba sunt S. P. IGNATHI) creata sunt hominis ipsius causâ; ut eum ad finem creationis suæ prosequendum juvent; unde sequitur utendum illis, vel abstinendum eatenus esse, quatenus ad prosecutionem finis, vel conferunt vel obsunt. Quapropter debemus absque differentiâ nos habere circa res creatas omnes, ita, ut non queramus sanitatem magis quàm ægritudinem &c. neque divitias paupertati honorem contemptui præferamus, &c.*

Scopus est: quam necessariò, ac seriò volumus ultimum finem nostrum; ita seriò, ac sedulò omnia, & sola, & aptissima ad illum media adhibere.

### Meditatio prima

#### DE CREATURARUM, ET MEDIORUM USU GENERATIM.

*Oratio preparatoria de more vide pag. 7.*

*Preludium primum: Imaginare, & vide te ipsum  
velut*



velut Creaturam unam, & punctum in medio abyssi circumcirca diffusæ, partim præsentis Dei, & divinarum perfectionum, propter finem tuum perpetuò operantium; partim in medio infinitarum penè rerum & eventuum à Deo provenientium, &c.

*Praludium secundum* : Petendum à Deo, ut det gratiam magnam, quâ statuamus, & faciamus; ne quid mediorem nos prætereat ad finem consequendum, tam necessarium, tam beatum.

### Intellectus.

#### Punctum Primum.

**M**EMORIA proponit illa verba S. IGNATHI: *Reliqua verò.*

*Intellectus* expendit quænam sint illa reliqua omnia: omnia quæ sunt, & non sunt Deus: atque in primis naturalia: universitas scilicet rerum omnium à summo Cælo usque ad infernum; atque in his sidera, elementa mixta, viventia, non viventia, artefacta, à maximo usque ad minimum atomum.

Horum omnium stupenda magnitudo, varietas, pretium, duratio, successio &c, varia circa hominem officia (a) Accedunt beneficia interna & ex-

D 5

### Voluntas.

(a) *Admiratio magnorum, & tam multorum operum Domini.*

*Laus & benedictio, amor magni Dei in suâ sapientiâ bonitate potentiâ horum omnium auctoris, & Domini.*

*Major admiratio laus, & benedictio Dei qui hæc terna*



*Intellectus.*

terna animi & corporis, facultates, vires, tempus, educatio &c. communia & singularia: sunt porrò varii eventus, prosperi & aduersi, proprii, & alieni, sanitas, & morbus, paupertas, & diuitiæ, honor, contemptus, vita, & mors &c. quæ tum à Deo proveniunt tum in hominis sunt posita libertate. Adde etiam pœnas purgatorii, & inferni. (a)

Sunt deinde *supernaturalia*: inter quæ caput est, & fons, JESUS Deus homo: ejusdem Incarnatio, vita, Doctrina, merita, passio, mors; quam sublimia, & stupenda! ejusdem Christi Ecclesia; Ecclesiæ hierarchia, Sacrificium Sacramenta, Leges, & Consilia &c. sunt beneficia supernaturalia, redemptio, custodia angelica, fides, justificatio, vocatio, &c. sunt Mariæ, & Sanctorum merita, ac patrocinia, exempla piorum, Doctrinæ seu librorum, seu verborum, providentia, protectio, conservatio, occasiones locorum & temporum &c. gra-

*Voluntas.*

omnia & tanta amore tui fecit.

*Major estimatio & admiratio & desiderium finis, cujus gratia tam magna Deus & tam divinâ fecit, facit nec desinit facere.*

*Gracias immensas Deo, quod ex bonitate infinitâ, & ad tantum finem te creaverit*

tia



*Intellectus.*

ta a. .  
tia quotidianæ communes, & singulares: proposita præmia, comminatio pœnarum &c. a omnia magna.

De his omnibus certum est: quòd sint, nec aliter esse poterint, quàm à divina infinita sapientiâ consilio, bonitate, voluntate, & potentiâ, quòd sint ad finem hominis ( Med. 1. 2. 3. diei primæ ) solum & unicum, solum & unicè: quòd in his omnia etiam minima, maxima sint ab authore Deò, ex Dei intentione, Christi meritis, & voluntate, sua aptitudine ad istum magnum finem (a) vide, quanti Deus æstimet illum finem! quàm seriò, quàm infinitâ bonitate velit: quàm magnus finis, cum tanta sint media (a)

na-  
atio  
fi-  
tia  
eus  
fe-  
est.

Conclusio practica: unde sequitur cum Deus tanti æstimet & mihi æquè æstimandum esse finem; cum tanta faciat, & mihi magna facienda, & perfecta omnia, maxima, & minima.

Reflexio, uti aliàs: præsertim ad gratias, occasiones, illarumque ulum. Causa defectu-

*Voluntas.*

& tanta mediâ non cesset suppetare.

Desiderium tanto majus laborandi ejus causâ, & consequendi.

Gaudium, spes, & fiducia magna, & certa quod Deus qui tam amanter, & prodigè dat tanta mediâ, sit per ea porro adjuturus ad finem; præsertim, cum idem omnipotens divina summâ fidelitate promiserit; qui sicut poscit minima quævis, & maxima à nobis; minima a-riter, & maxima, per hæc infinita mediâ grata habebit, & accepta.

um



*Intellectus.*

um annon est oblivio, socordia,  
amor commoditatum &c. ? (c)

Punctum secundum.

**M**emoria proponit res creatas,  
ac de illis, quod creatæ sint,  
ut ad finem prosequendum  
juvent.

*Intellectus* considerat, quod  
idem ille Deus, qui finem ho-  
mini constituit, mediaque abun-  
dè providit, eâdem magnâ au-  
thoritate, eâdem seriâ, & san-  
ctâ voluntate, quâ vult finem,  
velit adhiberi media omnia, &  
minima, & eodem modo, quo  
voluit esse media, secundum  
omnem aptitudinem, quam ha-  
bent ad finem. Med. i. die ima.  
eandem observantiam, quam  
debeo constituenti finem; ean-  
dem debeo proponenti media.  
Quam imponit Deus necessita-  
tem, & obligationem ad finem,  
eandem imponit ad usurpanda  
bene media, & eâdem justitiâ.  
Certum verò est etiam: ille non  
vult finem, qui non vult me-  
dia, aut vult his abuti. Tan-  
tum obtinetur de fine, quan-

*Voluntas.*

(b) *Subiectio*  
*in magna adora-*  
*tione, humilitate,*  
*gratiarum actio-*  
*ne, & amore, &*  
*desiderio erga vo-*  
*luntatem Dei, qua*  
*& finem consti-*  
*tuit tam ma-*  
*gnum & tanta*  
*media.*

tum



*Intellectus.*

tum adhibetur de mediis. Ita volo finem, uti media; cum ergo dicere non ausim: Deus nolo finem, sequitur &c. (a) (b)

*Conclusio practica*; adhibenda sunt necessariò media maxima, minima, optima, omnia: nulla malè usurpanda. (b)

*Reflexio* ad media, quæ aut habeo in statu vitæ electo, aut habere possum in eligendo &c. (c)

**Punctum Tertium.**

**M**emoria proponit illud: *creata sunt, hominis ipsius causâ.*

*Intellectus* considerat, quòd eadem sit infinita Dei bonitas ( ex med. 2. die 1. ) eadem in me benevolentia, idem amor, qui me condidit, ad finem summè beatum, quique providet & donat pretiosa, & aptissima media. Eundem amorem ( & ex amore obsequium ) quem debeo præparanti felicitatem, eundem debeo exhibenti media.

Eadem felicitas divina, quæ mihi proponitur in fine, eadem offertur in singulis mediis. In

*Voluntas.*

(c) Dolor magnus, Confusio, & Deprecatio quod tot & tanta per omnem vitam ac vel unum tanto detrimento gloria divina, & mea neglectum sit.

*Conatus restaurandi neglecta fervore perpetuo.*  
quam



*Intellectus.*

quam infelicitatem prolabor per jacturam finis, eandem incurro negligendo media, aut malè usurpando. Non vult felicitatem suam æternam, qui non vult usurpare media, tantum est detrimentum finis, quantum negligitur mediorum, non est dignus felicitate infinita finis qui non vult media, etiam ardua, & exactè usurpanda. Sæpè ex occultis, tremendisque Dei judiciis ab unius gratiæ, & medii neglectu pependit subtractio gratiarum efficacium plurimarum, & plurium usque ad damnationem.

Conclusio practica, & reflexio uti p 1. 2.

**Meditationis primæ Compendium.**

Amore finis eligenda sunt & adhibenda media omnia, maxima & minima, optima, etsi ardua.

Primò. Quia Deus tanta facit propter finem.

Secundò. Quia eandem debeo observantiam Deo constituenti finem, & ordinanti media.

Quia

*Voluntas.*

*Propositum Colloquium.*

**Pater & Ave.**



Tertiò. Quia idem est Dei in me  
amor statuentis finem, & dantis  
media; quia ab his pendet mea  
felicitas.

## Meditatio secunda

### DE RERUM PROSPERARUM USU

AD FINEM.

*Oratio preparatoria pro more*

*Preludium primum:* Vide Deum statuentem co-  
ram Adamo, res creatas ut videret, *quid vocaret*  
*ea.* Gen. 2. Ita & tu vide, quid de rebus creatis  
sentire debeas, quid agere.

*Preludium secundum.* Petitio gratiæ, quâ de  
creatis rebus prosperis imprimis sic statuamus,  
ut felicitatis, & finis non sint remora; sed adju-  
mentum magnum.

#### Intellectus.

##### Punctum primum.

**M**emoria videt quænam sint  
hujusmodi prospera: Divi-  
tiæ & rerum possessio, hominum  
æstimatio, amor, favor, obse-  
quium, oblectamenta sensuum,  
& commoditas, &c.

*Intellectus* expendit quid sint  
prospera omnia per se sola: *nihil.*  
Nihil debitum aut congruum

#### Voluntas.

(a) *Gratias ma-*  
*gnas Deo pro isto*  
*divino lumine, &*  
*detecto pernicioso*  
*errore, quo ma-*  
*gnum quid poni-*  
*mus in rebus pro-*  
*speris. Magnus*  
*horum omnium*  
*despectus, & nau-*

turæ



*Intellectus.*

tuæ summæ vilitati, miseræ, malitiæ, Conf. d. 1. (a) *Nihil illius boni, quod solum est omne bonum, & finis est, d. 1. m. 2. Deus: Nihil ad beatitudinem Dei, & tuam. d. 1. m. 1. Nihil boni puri; quia mixta malis & miseriis: Nihil boni certi: quia nec in potestate hominis sunt, nec permanentia: Nihil boni honesti, præsertim carnalia; quia dedecent animam ad altiora natam: fœnum, bovem non hominem decet: carnalia vel ipse Dæmon se inferiora ducit & indigna. Nihil boni delectabilis; quia caruit illis ab æterno Deus, nec tamen infinitè beatus esse desiit; tua, & Dei eadem est beatitudo, & deliciæ æternæ. Nihil sunt boni utilis; quia naturalia omnia excogitabilia ad minimum gradum gratiæ, & gloriæ supernaturalis valent nihil. Nihil sunt ipsius Dei æstimatione, quia maxima, & optima donat sæpe inimicis, & damnandis, Lucifero reliquit. (a) *Nihil, quia, nihil fuerunt: aliquando nihil erunt. Nihil suâ duratione comparatâ**

*Voluntas.*

*sea, & horror præ divinis, & supernaturalibus Exinatio, & annihilatio horum omnimoda in animo tuo tanquam non sint.*

(b) *Dolor & Confusio quod huic periculoso & pernicioso nihilo postposueris toties finem tuum & ipsum Deum atque etiam hætenus ad*



*Intellectus.*

ad æternitatem. *Nihil* compara-  
ta ad bonorum æternorum ex-  
cellentiam, & æternitatem. *Ni-*  
*hil* ad evadendum infernum:  
*Nihil* pro felici morte, & judi-  
cio. *Nihil* comparatione Dei,  
& divinorum. *Nihil* denique ad  
explendam capacitàtem & desi-  
derium animæ solo Deo satian-  
dæ. Ipsa Christi pulcherrima  
humanitas & B. V. non satiaret  
in æternitate animam, sed solus  
Deus; multò minùs ista vilia.  
*Nihil* porrò sunt secundùm om-  
nes veritates & ad fructum die-  
rum sequentium. Quanquam  
verò magnum aliquid essent bo-  
na creata: dignus tamen est  
Deus, & finis, cujus causâ meritò  
spernas reliqua omnia, & ma-  
xima (a)

*Conclusio* practica ex S. Igna-  
tio: *Quapropter* debemus absque  
*differentiâ* nos habere circa res  
*creatas.*

*Nihil* nullum meretur affe-  
ctum, æstimationis, complacen-  
tiæ, gaudii, desiderii, spei; nul-  
lum timorem jacturæ, imò né  
memoriam, aut cogitationem

*Voluntas.*

*tam* agrè vix un-  
*quam* purè ab illis  
*animum, affectum*  
& *studium* avèl-  
*las.*

*Abdicatio* nunc  
*denique* omnium.

E

ad



*Intellectus.*

ullam, aut dolorem &c. illo momento non es dignus altioribus, & divinis quo teneris ab hisce vilibus.

Reflexio &c (b)

*Punctum secundum.*

**M**EMORIA proponit; quòd prospera per se adiaphora nunquam conferant ad consecutionem finis, ideòque à Deo mittantur, vel eligenda sint.

*Intellectus* considerat: quòd etiam tunc nullam habeant in se bonitatem finis & beatitudinis, sed solius medii; tum per se, tum Dei voluntate. Manent proinde in se nihil, & merum nihil. Omnia informia sunt; finis est omnium forma: & si Dei voluntate usurpanda sint; tantum aut depravant, & inficiunt, aut deprimunt valorem, puritatemque actionis, quantum illis, & non fini aut propter finem tribuitur affectus.

*Conclusio* practica etsi utendum sit Creaturis, nullo in illis hærendum est affectu, gaudii, satisfactionis. Hæc sit in solo

*Voluntas.*

*Atque omnis amoris, affectus, studii, estimationis ac vel cogitationis de illis, nisi uti fini serviant.*

*Timor, ne unquam amplius ab illis à Deo, & sint abstraharis.*

*Petitio magna in omnia momenta gratia.*

*Propositum.*

Deo



*Intellectus.*

Deo, & ejus obsequio. Sicut in æternâ vitâ, ita & in hâc, abhorrendum potius. In mediis, solus & semper amandus est finis, sic dives potest esse pauper spiritu.

Reflexio, &c.

Punctum Tertium.

**M**emoria proponit, quòd prospera, & eorum usus aliquando obsit, non planè fini, sed perfectiori consecutioni finis. Aliquando obsit, & sit cum peccato veniali conjunctus: Aliquando cum mortali: semper sit res lubrica.

*Intellectus* considerat: quòd utroque modo usus rerum, aut malum sit, aut detrimentum tum Deo, & homini. Tantùm malum, quanta est erga Deum obligatio prosequendi illum finem. Tantùm malum, quàm bonæ in nos voluntati Dei repugnat finem proponenti; tantùm detrimentum, quanto bono privat in tempore, & æternitate Deum, & hominem. Malum secundùm omnes veritates, & fructum dierum sequentium. Hoc habes in

E 2

*Voluntas.*

(b) Tantò ma-

ior omnium prosperorum horror, tuga, dolor de eorum contestatione.

Abdicatio, Timor, petitio, propositum, quanto plus in se continent mali, aut detrimenti, aut periculi, & semper.

Deo



*Intellectus.*

Deo in æternum, ad gloriam Dei, quo nunc cares propter Deum: hoc cares in æternum, & tantum carebis Deo, quantum nunc perperam habes.

Quo cares, imò quod perit hic, non perit tibi in Deo, uti nec deo perit. (b)

*Conclusio practica, ex S. Ignatio: unde sequitur abstinendum eatenus esse &c.* Optimus usus creaturarum laudare, amare in omnibus Deum. Carere propter Deum.

*Reflexio pro more &c.*

*Voluntas.*

*Colloquium.*

*Pater & Ave.*

**Meditationis secundæ Compendiū.**

Primò. Oportet indifferentem servare animum ab omni affectu ad prospera omnia, *quia nihil sunt in se.*

Secundò. Dum illis utendum est, tamen non affigendus illis affectus, quia actionem inficiunt.

Tertiò. Dum fini obfunt, carendum illis, & abstinendum est, quia summum genus mali, & detrimenti sunt.

**Meditatio**



Meditatio Tertia.

DE RERUM ADVERSARUM USU AD  
FINEM HOMINIS.

*Oratio preparatoria, & Præludium sicut med. 2.*

Intellectus.

Punctum Primum.

**M**emoria proponit, quæ sint  
adversa hujus vitæ: pauper-  
tas, contemptus, opprobria, in-  
juriam &c. morbi, dolores, sen-  
suum afflictio, incommoda, quod-  
vis genus crucis.

*Intellectus* considerat: quod si-  
cut omnia prospera hujus mun-  
di, omnia simul, nihil veri boni  
sunt; ita adversa mundi simul o-  
mnia, nihil veri mali sunt: nihil  
indignum, nihil nimium sunt tuæ  
vilitati & malitiæ (confid. Die I.)  
nihil sunt, quo Deo minus pla-  
ceas, minus boni facias, aut ha-  
beas à Deo. *Nihil* est mali, quod  
non est adversum illi, aut privat  
illo, quod est solum bonum scili-  
cet Deo, & fine. *Nihil* est mali,  
nec tibi, nec Deo; quod non est  
ipsum, quod solum malum est,  
jactura finis. *Nihil* ducendum.

Voluntas.

(a) *Gratias ma-  
gnas pro agnitione  
magna, & divina  
veritatis.*

*In estimatione  
summi & veri  
mali, nulla esti-  
matio, nullus hor-  
ror, aversio, dolor,  
fuga, detractio ma-  
li temporanei, quod  
parvum, aut nul-  
lum ducendum est.*



*Intellectus.*

animæ æternæ, quod aliquando nihil erit. *Nihil* sunt omnia ad-versa comparatione mali æterni, & infiniti: *Nihil* dolor, confusio, jactura, ad dolorem, confusio-nem, jacturam tibi jam debitam, &c. quæ erit damnatorum in in-ferno: *Nihil* sunt comparatione præmii æterni: *Nihil* compara-tione illorum quæ deo debes &c. *Nihil* est mali, quod Deus impo-suit illis, quos habuit amicissimos, & voluit esse felicissimos, quod-que ipse tolerare voluit in car-ne, &c. (a) *Nihil* mali secundum veritates, & fructum omnium dierum sequentium, & medita-tionum (a)

Talia sunt adversa hujus mun-di omnia, & maxima, quamvis verò magnum aliquid forent ad-versa omnia: dignus sanè est Deus, & finis, cujus causâ susci-pias, & toleres maxima. (a)

*Conclusio practica: quapropter de-bemus sine differentiâ nos habere, cir-ca illa; sine tristitiâ, timore, fugâ; Nihil* illis moveri, nec præsentibus, nec futuris. *Nihil* nullum meretur animi affectum. (a)

*Voluntas.*

*Similiter* esti-matione summi veri boni pro nihi-lo, sit malum breve, aut quan-tumcunq; ipse im-pensum.

*Reflexio*



*Intellectus.*

*Reflexio*, an non timor, & fuga incommodorum & aduersorum &c. multorum bonorum, perfectionis, ac penè salutis detrimentum tibi fuerit? &c. (b)

Punctum secundum.

**M**emoria proponit, quòd aduersa aliquando omittenda sint: quia sic expedit ad finem.

*Intellectus* considerat; quòd tum etiam illis abstinendum sit, non quia mala sunt ( non enim sunt talia ) nec quia abhorres; debes enim esse animo indifferente; nec quia difficilia tibi sunt, hic enim esset tui peruersus amor, non Dei, & finis amor.

*Conclusio practica* Abstinendum ergo illis eatenus, & solum ideo est quia sic prodest ad finem &c.

*Reflexio, &c.*

Punctum tertium.

**M**emoria proponit, quod aduersa aliquando toleranda & eligenda sint, ad evitandum peccatum grave, vel leve; aliquando ac penè semper, quia plurimum iuvant ad finem me-

*Voluntas.*

(b) *Dolor, que, rela, & confusio, quòd toties in vitâ mali brevis aut nullius timore, summo bono te priuaveris.*

*Summum malum consciveris.*

*Amor, & desiderium malorum pro Dei aternâ gloria & tuâ felicitate.*

*Animus paratus ad ea eligenda, acceptanda, ubi magis erunt ad finem idonea.*



*Intellectus.*

lius & perfectius consequendum, Dei æstimationem, amorem, & venerationem contestandam &c.

*Intellectus* expendit, quod utroque casu, mala non mala, sed magnum bonum sint, dignum tua vilitate, malitiâ peccatis; bonum utile, honestum delectabile Deo, & tibi, pro hac, & æternâ vitâ; tantum bonum, quanta est felicitas finis; (vide med. 1. 2. die 1.) tantò meliora, quantò graviora, idque etiam secundum veritates sequentium meditationum, & ad earum fructum. Tanta est tunc adversa amplectendi necessitas, quanta obligatio ad prosequendum, & consequendum finem &c. tanto amore, & gaudio, quantum Deum amas, & finem.

*Conclusio practica Consentaneum est: ea demum... eligere & desiderare.*

*Reflexio.* sicut paginâ imâ.

*Voluntas.*

*Propositum &c.*  
at quia hoc nature & amoris proprio valde difficile.

*Petitio magnæ gratiæ per Christum B. V. Ss. C.*

Pater & Ave.

Medita-



## Meditationis Tertiæ Compendium.

Primò. Non declinanda adverſa;  
quia nihil mali ſunt.

Secundò. Dum illis abſtinendum;  
id non amore proprio fiat, ſed finis

Tertiò. Plerumque eligenda, quia  
neceſſaria, aut utiliſſima ad finem.

Meditatio quarta ſit repetitio, aut ſe-  
quens conſideratio.

## Conſideratio.

### DE PRAXI FINEM SEMPER PROSEQUEN- DI & UTENDI MEDIIS.

*PR*imò ei, qui ſtatum vitæ nondum delegit, pau-  
latim ex finis ultimi æſtimatione, & deſiderio,  
proſpiciendum erit ( nondum ſtatuendum ) quod-  
nam vitæ genus, deliciousum an aſperum, in pau-  
pertate, an in divitiis &c. magis idoneum, ſecu-  
rum, ſibi que magis congruum ad finem videatur.  
Quod etiam applicari poteſt ad alias materias in  
Exercitiis deliberandas.

*Secundò.* Tempore matutino in vivâ fide, in lu-  
ce æternæ Sapientiæ & Veritatis, ex Deo per  
Chriſtum, ejusque veram Eccleſiam uſque huc  
lucente, vide Deum designantem tibi locum ma-  
gnæ, æternæ felicitatis intra gloriam ſuam, &



Sanctorum brevi adeundum, sed promerendum laude, & amore, & obsequio Dei in terris. D. i. m. 1. 2. 3. addi etiam posset finis & merces magna, pro cujuscumque statu & officio, &c.

Desiderium magnum, & certum in spe magnâ & certâ, quòd magnus Deus pro magnitudine finis, pro magnitudine bonitatis, promissi, & fidelitatis suæ per magna Christi merita, magno tuo ad finem profectu, adjuturus, & acceptaturus sit, opera velut apta, & digna fine, etiam minima quævis: Med. 1. die 2.

Incipe Deum laudare, amare, revereri, eique servire, cum laude & amore infinito; illo scilicet quem Deus habet æternum, infinitum, in felicissima Trinitate. Illâ item laude, amore, reverentiâ, & servitio, quem habuit, habet, & habebit in Jesu, Maria, Angelis, Sanctis omnibus &c. cum desiderio majoris laudis à te, & aliis nunc & in æternitate. D. i. m. 3. p. 2. Agnosce, fateri, lauda, admirare, extolle Deum in omnibus suis perfectionibus, & titulis perfectionis propriæ, bonitatis in suos, benevolentia in te, felicitatis tuæ (vid. die 8. Confid.) lauda suprâ omnia, & in omnibus, & solum: lauda, & fateri dignum infinite, omni gaudio, complacentiâ, benevolentia, beneplacitò, reverentiâ, obsequiò, omni & infinito exhibendo à te, & omni Creaturâ. Die 1. Med. 3. p. 1. 2.

Ama, & gaude, gratulare Deo propter dictas perfectiones; lauda & desidera omne illi bonum, & in-



& intrinsecum, & ab aliis, & à te majus, & majus in infinitum; quia dignus. Ama suprà omnia, & in omnibus, & solum cum desiderio magis magisque amandi: *Reverere* in iisdem perfectionibus Deum intellectu, & voluntate, in tuo nihilo, & vilitate (juxta confid. die 1.) suprà omnia, & in omnibus; nempè in omnibus Sanctis, hominibus, operibus, eventibus; & solum, nullo respectu vano alterius, æstimatione, amore nullo creaturæ (Die 2. Med. .) nullo amore tui (D. I. confid.) quæ sint in animo tuo, & coràm Deo nihil. *Serviendum* etiam: quia enim sic laudas, amas, revereris summè; omnes vires & actiones, vita, & mors ad omnem & solam ejus voluntatem mandantem, consulentem, inspirantem, facientem omnia, aut permittentem, secundum vocationem tuam, & statum, in omnibus rebus, & eventibus, ad ipsam Dei intentionem perfectè offerendæ sunt: agendo, & patièdo; cum proposito vitandi omne peccatum, omissionem, imperfectionem: cum proposito non adhærendi animo ad ullam Creaturam, omnibus carendi, nihil arduum detrectandi pro amore, & beneplacito amati Dei: cum desiderio meliora, & majora semper & nunc offerendi: Idem offerendum pro amore & beneplacito illorum, in quibus Deum & quos propter Deum amas, Christi, B. V. & SS. pro salute, & perfectione illorum, quos in Deo amas, & à quibus valde amandus: proximorum scilicet & plurimorum maximè... vivorum, & mortuorum... offerendum pro delendis & compensandis culpis & poenis



poenis vitæ contrariæ fini: pro impetratione magni in hoc genere profectus tui & aliorum.

Petenda denique ad præstandum pro te & aliis... magna & efficax gratia per merita, & opem Christi B. V. & SS. &c.

*Tertio.* Hi actus aliquoties breviter renovandi, vel ad sonitum horæ: paulò prolixius tamen post meridiem.

*Quarto.* Per diem versari debemus ( quantum discretè fieri potest ) in habituali quâdam intentione & spe finis d. 1. m. 1. 2. 3. hic. n. 2. in familiari memoriâ, amore, reverentiâ præsentis Dei, Christi & Sanctorum: in spe & intentione & ad maximam ejus æternamque gloriam d. 1. med. 3. p. 2. in desiderio placendi Deo & Sanctis in indifferentiâ plenâ ad quodvis aliud nullo amore tui, nullo respectu, timore, aut desiderio d. 1. med. 2. & 3. d. 1. confid. Ab omni & minimo peccato cavere: quævis magis perfectâ, & magis ardua eligere. Actiones bonas, & maximè ad cultum Dei pertinentes, nulla imperfectione, nullo peccato inquinare. Actiones adiaphoras, otiosas, merè naturales nullas admittere.

*Quinto.* Minima quæque & omnia ex magno desiderio ad magnum finem magno amore diligere debemus ( quodam compendio superiorum ) ita ut ad illum vel proximè, vel remotè, vel meritoriè saltem profint in te & aliis, ad plenitudinem numeri magni Electorum, & perfectorum in cœlis. Huc omnes gressus, jactus, oculi &c.

omnia



omnia verba, omnes literas referre, dicendo:  
*Propter te Deus...* Cum desiderio infinite majora  
 præstandi, idque cum Christo, & ejus, sancto-  
 rumque meritis: nullam, nec minimam gratiam  
 aut occasionem prætermittere agendi benè... ca-  
 rendi creaturis, patiendi quo majora, eò meliora.

*Sextò. In occurſu, aut converſatione hominum in*  
 imagine ſuâ lauda, agnoſce, ama, reverere Deum  
 & hominem propter Deum, omni obſequio, ma-  
 ximè concernente animam & ejus finem.

*Septimò. In creaturis omnibus maximis & minimis;*  
*in eventibus item prosperis, & adverſis, tuis, &*  
*alienis, cognoscenda certò, laudanda, amanda,*  
 reverenda præſens Dei ſapientia, abyſſus conſi-  
 lii, bonitas voluntatis, virtus potentiæ &c. pari  
 in omnibus quiete.

*Futura verò omnia cum amore, & ſubmiſſio-*  
 ne ſumma, in omni pace Deo committenda, ve-  
 lut nova materia laudandi, reverendi, amandi  
 Deum in iſtis &c.

*Octavò. Modus proficiendi in his omnibus eſſe*  
 poteſt; conari, ut concipias majorem ſemper,  
 & altiorem, cognitionem, & æſtimationem Dei  
 & divinarum perfectionum. Hinc enim creſcit  
 complacentia major in Deo præ omnibus creatis,  
 ſtudium amantiùs placendi, major reverentia,  
 obſequium: prodeſt itaque legere indies aliquid  
 de divinis perfectionibus. v. g. Patrem Leſſium.  
 P. de Ponte parte 6. med. &c.

Vide



Vide etiam d. 8. confid. Ex his sensim consequuntur actus fini congruentes magis intensi, magis familiares, magis frequentes, magis solliciti, & cauti, magis puri, magis perfecti, & in arduis heroici. Præterea magis in dies, magisque avellendus animus, cogitatio, æstimatio, affectus, vita ipsa ab omni re creatâ & vanâ.

*Nonò.* Observandum, quænam sint in hoc aliisque impedimenta pernitiola profectûs nostri 1. defectus vivæ fidei 2. turpis amor proprius. 3. horror difficultatis. 4. amor creaturæ. 5. respectus humanus.

### Verba Scripturæ Sacræ.

Ne in vanum gratiam Dei recipiatis 2. Cor. 6. 1.

Terribilis quædam expectatio Judicii, & ignis æmulatio... Qui spiritui gratiæ contumeliam fecerit Hab. 10. 27. In mundo nihil est sine voce 1. Cor. 14. Omnia enim nobis clamant Deum agnoscendum amandum &c. ut totus tibi servirem, omnia in meum servitium tradidisti S. Aug. in Med.

Bona & mala vita & mors à Deo sunt. Eccles. 14.

Non est malum quod non fecit Dominus. Aamos 3.

Quid est quod ultra debui facere vineæ meæ, & non feci? Isa. 54.

Posuisti eum super opera manuum tuarum. Psal. 8. 6. Omnia



Omnia quasi non sint... quasi nihilum, & inane reputata sunt. Isa. 40. 7.

In hoc nolite gaudere... gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in coelis. Luc. 10. 20.

Existimo omnia detrimentum esse... omnia detrimentum feci. Phil. 3. 7.

Ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium. Psal. 4. 3.

Extrema gaudii luctus occupat. Prov. 14. 13.

Qui flent tanquam non flentes, & qui gaudent tanquam non gaudentes, & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur, præterit enim figura hujus mundi. 1. Cor. 7.

### Legenda.

Ex Thoma de Kempis lib. 3. Cor. 10. Libello exercitiorum, additiones in fin: hebd. 1. Lancit. Op. 6. ut. sup.

Opusc. 11. C. 3. C. 17. opusc. 5. C. 9. 10. &c. Roderic. d. T. 1. c. 9. 11. p. 1. T. 3. c. 8. &c.

Nieremb. de ador. l. 1. c. 3. 7. 10. 15. 18.



## Dies Tertia

### DE PECCATO.

**D**E peccato agit S. P. IGNATIUS proximè post propositum finem hominis.

*Primò* quia fini hominis summè necessariò unicæque



cæque felicitati nostræ summè, & solùm adver-  
satur peccatum.

*Secundo* quia nisi à peccato gravi imprimis ex-  
purgetur anima; non est apta regno Dei aut per-  
fectioni, nec præparata ad gratiam pro instituen-  
dâ bonâ electione necessariam.

*Scopus* itaque est primò ut ait S. IGNATIUS  
in Coll. med. 3. *ut internam criminum nostrorum co-  
gnitionem, ut detestationem sentiamus* Secundò *ut  
confundar totus* med. 1. p. 1. *& arguam meipsum.* ibid.  
Coll. Tertiò *ut corrigamus operum nostrorum per-  
versum ordinem.* Quartò *nos metipsos secundùm De-  
um rectè ordinemus, a rebus mundanis ac vanis nos  
recipiamus* med. 3. coll. quæ tria ultima exercitio-  
rum etiam scopus sunt, tantò acriùs etiam con-  
fectandus, quò graviùs quis peccavit.

## Meditatio prima

### CIRCA TRIPLEX PECCATUM.

*Oratio preparatoria consueta*

*Preludium primum*: Vide animam propriam  
*in corpore velut carcere constrictam; peccatis pejus  
circumdatam, quàm Dæmones ignibus inferni,  
& Dei irâ.*

*Preludium secundum*: Petere quod meditationis  
& diei est scopus. Pudorem & confusionem  
mei. &c.

Intel.



**Intellectus.**

**Punctum primum**

**M**emoria proponit, quod *An-*  
*geli* sint creati à *Deo* in *stata*  
*gratia*. Quod non voluerint per ar-  
bitrii voluntatem Creatori suo re-  
verentiam & obsequium prestare; sed  
contra eum insolescentes conversi  
sint ex gratiâ in malitiam & de  
caelo in infernum præcipitati (a)

Intellectus considerat primò &  
exaggerat peccatum ex benefi-  
cio creationis & gratiâ: ex ma-  
gnitudine Creatoris cui detre-  
ctabat: ex obligatione non de-  
trectandi juxta D. 1. & 2. ex in-  
solentiâ peccantium: conside-  
rat lapsûs gravitatem: scilicet  
decidisse ex gratiâ in malitiam.  
quantam? malitia à boni ma-  
gnitudine æstimatur, cui vel  
adversatur, vel quod excludit:  
malitia gravis peccati adversa  
est omni bono divino & creato,  
bono omnis gratiæ, omnis glo-  
riæ, omnis amicitiae, & unio-  
nis cum Deo. Malitia quam  
necessariò, & infinitè & æter-  
nâ separatione avversatur Deus.  
Malitia omni genere mali, tur-

F

**Voluntas.**

(a) *Fides de-*  
*fid.* &c.

(b) *Admiratio,*  
*aversio, odium,*  
*tum erga Demo-*  
*nes tum illorum*  
*insolens delictum.*

*Admiratio, ap-*  
*probatio, laus, ve-*  
*neratio, &c. divi-*  
*na justitia erga*  
*peccatum Demo-*  
*num.*

pis,



*Intellectus.*

pis, damnosi, offendentis, sine ullo aut minimo verò bono.

*Secundò* considerat pœnam: quanta ea est? quanta est cadere ex amicitia in odium infinitum Dei? Quantum præcipitium in infernum: quanta separatio à Deo & omni omninò bonò! quanta congeries omnis mali, & in omni genere afflictionis; quanta horum æternitas. (b)

*Tertio* considerat divinam in his pœnis omnibus erga Dæmones justitiam, justissimam ob n. i. rationes. (b)

*Quartò* considerat, & comparat peccata propria, eaque exaggerat, ex majore beneficio, & gratia: Nondum enim pro Angelis Deus mortuus erat, comparatâ multâ gratiâ, sicut pro te &c. deindè ex multitudine: unum fuit Angelorum; quot tua? Ex quo sic statuit. (c)

Aut Angelorum peccatum non fuit insolentia in Deum, aut tu fuisti tantò insolentior, quantò sapiùs peccasti: aut malus non est, nec foedus Diabolus, aut tu es foeditate æqualis

*Voluntas.*

(c) *Perpetuus, & humilis tui Contemptus. Confusio, Dolor, Indignatio, Detestatio.*

(d) i. *Confusio coram facie Dei quam nec evadere nec sustinere præ pudore & foeditate possis.*

*Coram hoc sit tanto major confusio quam fuit certò & Deus clarè præsens, conscius; quàm purus, & sanctus & magnus Deus. Tanta Confusio quanta foeditas Demonis & malitia. n. i. tot*



*Intellectus.*

tot Diabolis quot peccata admisi-  
 fisti. Aut malitia peccati dia-  
 bolicæ non fuit infinita, aut tua  
 malitia est toties infinita, quot  
 peccata fecisti. Aut Diabolus  
 non fuit meritis odium Dei,  
 præcipitium, infernum, aut tu  
 tantò gravius odium, profun-  
 dius præcipitium, graviozem in-  
 fernum meritis es, quo sæpius  
 peccasti. Aut Diabolus non est  
 meritis æternitatem miseræ,  
 aut tu tot æternitates quoties  
 peccasti, aut Deus ( certè ju-  
 stissimus ) fuit injustus in Diabo-  
 los, aut justè tibi inflixisset to-  
 ties auctiores Dæmonum pœ-  
 nas, quot peccata cumulasti.  
 Cur non inflixit? An non po-  
 tuit? an benignè noluit?

Imo sanguine suo, & morte  
 peccata expiavit, pœnam tulit.  
 si quis peccatum mortale non fe-  
 cisset, confundi nihilominus  
 coram Deo deberet; cujus bene-  
 ficium est, quod non fecerit,  
 pessima certò alias facturus.

*Conclus. pract. prima:* Debeo  
 summa mei confusione affici,  
 meque ipsum arguere. Con-

*Voluntas.*

*Tanto major,  
 quanto gravior ex  
 multitudine pec-  
 catorum fœditas  
 tua!*

*Quanta est pœ-  
 na Dæmonum &  
 quanto major tibi  
 debita: enume-  
 rando perfectiones  
 & bonitatem, &  
 merita Domini &  
 creatoris offensi.*

*Enumerando  
 obligationes, qui-  
 bus tenebaris i-  
 psum non offen-  
 dere compellando  
 tua delicta propriis  
 fusio*

uus,  
 Con-  
 fusio,  
 atio,  
 fusio  
 Dei  
 ade-  
 nere  
 fa-  
 sit  
 con-  
 fuit  
 cla-  
 fci-  
 rus,  
 ma-  
 tan-  
 an-  
 mo-  
 n.1.  
 tot



*Intellectus.*

fusio est de malo turpi in conspectu alterius conscii: arguere est vituperatio, & exprobratio mali cum iracundiâ.

*Conclus. secunda & reflexio. Coram Christo in Cruce arguam me percontans, quid hætenus egerim pro Christo, tantus peccator? quid agam, aut tandem agere debeam? scilicet ut me corrigam, redeam totus ad Deum & finem, ad quem creatus sum; recipiam me à vanis, & creatis omnibus nihil deinceps arduum pro Dei, obsequio detrectem, quo & expiem delicta, & compensem, quo possum modo meliore.*

*Punctum secundum.*

*Memoria* proponit peccatum primorum Parentum ejusque pœnam: diuturnam in hoc mundo pœnitentiam: humani Generis corruptionem: multa hominum millia ad inferos deturbata. horum radix est peccatū unum, relictus fomes peccati, & totius generis humani corruptio.

*Intellectus* Considerat primò hanc pœnam graviolem videri

*Voluntas.*

verisque nomini-  
bus turpissimi ne-  
glectus, contem-  
ptus Dei, ingra-  
titudinis, offense,  
injuria rebellionis  
&c. juxta men-  
suram aversionis,  
& odii, quam  
Deus justè habet  
erga te & pecca-  
ta tua. Simili  
modo compare co-  
ram Christo B.  
V. SS.

*Secundo Ar-  
guam me ipsum  
cum justo mei odio  
eodem modo, &  
exaggeratione*

supe.



*In intellectus.*

superiore; nam punitur etiam dum remissum est; punitur in illis, qui ipsimet non commiserant; punitur tantâ pronitate ad damnationem, & corruptionem totius generis: inde tam horrenda peccata, tot milliones damnatorum, plures milliones damnandi, si duraret diutiùs generis propagatio. Hæc ex unicò peccato.

Secundò considerat peccata propria, eaque quoad numerum, & condignam pœnam comparat cum hoc peccato. Sicut p. i. n. 4. debuissim meritò ex unò peccatò in plura & majora lapsus, peccatorum maximus, & damnatorum fieri damnatissim⁹; debebantur mihi toties omnia mala peccati, quoties peccavi.

*Conclus. pract. & reflexio sicut puncto i.*

*Punctum tertium.*

**E**Xerceamur pari modo circa peccatum mortale & particulare quodlibet, considerando, quod peccato tali vel semel commisso forte

*Voluntas.*

*Tertiò Admirari debeo, extollere infinitam Dei bonitatem, quoscum tot millia aliorum puniverit tam severè te verò perdere noluerit, reservatum magno amori, & beatitudini.*

*Tantum extollenda quanta in aliis severitas.*

*Quanto tuum meritum pejus. Pari modo gratias Deo benigno redde. Reflexio cum novo dolore.*



*Intellectus.*

de trusi sint multi ad infernum  
uti p. 1. & 2.

**Punctum quartum.**

Addi potest occasione additi  
à S. P. colloquii, ubi Christum  
proponit pro peccatis meis mor-  
tuum, scilicet, ut *exquiram me-  
cum rationem quâ Creator ipse infi-  
tus... mori pro peccatis meis di-  
gnatus sit.* Si omnes, & excel-  
lentissimæ creaturæ innocentes  
damnarentur, grave esset: gra-  
vius, Deum plecti; Deum pro  
alieno peccato mori, nihil gra-  
vius: necessaria erat satisfactio  
divina. *Æstima peccata tua.*

*Conclus. & reflexio,* uti superius.

**Meditationis primæ Compendium.**

Gravitatem peccatorum meorum agnoscere  
debeo, ob eadem vehementer confundi, atque  
ad meliora instigari, ex consideratione pœnæ,  
quâ Deus punivit peccata:

Primò. In Dæmonibus.

Secundò. In primis Parentibus.

Tertiò. In quovis genere Peccantiū.

Quartò. In Christo,

*Voluntas.*

*Propositum sin-  
gulare.*

*Colloquium co-  
ram Christo cruci-  
fixo... in eum in-  
uens, sic cruci  
affixum, ea pro-  
loquar quæ sug-  
geret mens, &  
affectus.*

**Pater Ave.**

**Medita-**



## Meditatio secunda

### DE PECCATIS PROPRIIS.

**C**Um hæc Meditatio sit mera exaggeratio malitiæ peccati, sitque idem omnium punctorum scopus: ponitur unus solum affectus omnibus punctis communis; & una conclusio practica.

*Oratio preparatoria, & Præludium primum, uti Med. I.*

*Præludium secundum: Poscere id quod hic quaeritur, dolorem scilicet intensum de peccatis, atque abundantem fletum.*

#### Intellectus.

##### Punctum Primum.

**I**n memoriam revocantur totius vite peccata, percursis discussisque Annis & spatiis temporum singulis... consideratis locis, conversationum modis, & officiorum generibus diuersis.

Intellectus peccata ipsa perpendit, quanta sit foeditas, & nequitia singulorum, ex naturâ suâ, si vel prohibita non essent.

Multum facit ad gravitatem offensæ, ipsius facti foeditas. Gravius est virum honoratum sputò in faciem quàm verbò lacessere; Parentem colapho,

#### Voluntas.

(a) *Miscendi affectus sunt: affectum requirit S. P. dolorem intensum. Dolor est sensus & tristitia de malo. Malum Deo, & tibi est peccatum. Connitatur voluntas pro viribus ad tantam detestacionem, dolorem, quantum est malum, & causa doloris.*



*Intellectus.*

quam dicto offendere. Sic sua foeditas est superbiae, sua & alia luxuriae &c. (a)

**Punctum secundum.**

**C**onsiderare meipsum, quoniam, aut qualis sum. Crescit offensa à vilitate offendentis: patet in civilibus: quis sum ego & quantulus ad hominum omnium cœtum comparatus? quid autem multitudo universa mortalium, si cum Angelis, Beatisque omnibus conferatur: quid omnia creata ad Deum? quid jam ego hominico ad Deum? infinita vilitas: spectetur abyssus corruptionis & malitiae meae. Quid sum, nisi ulcus, ex quò tanta sanies peccatorum defluerit (a)

Adde *Consid. de nihilo d. 1.*  
Item crescit peccatum ex variâ offendentis relatione ad Deum, & obligatione v. g. creaturæ, servi nati, redempti, ex damnatione &c.

**Punctum Tertium.**

**C**rescit offensa ex persona offensi; oportet itaque co-

*Voluntas.*

*Primò: quanta est foeditas, & malitia peccati medicinali. & hic p. 1.*

*Secundo: quanta est poena & dolor inferni tibi debitus, & aliorum tibi dolentium: quot momenta aeternitatis: quot dolores, & quantum pretium dolorum Christi? medicinali*

*Tertiò: quanta tua vilitas comparatione Dei offensi p. 2,*

*Quartiò: quanta Dei offensi perfectio, bonitas, suavitas? per singulas valde amaras ire potest querulus amor, & dolor, & odium.*

*Quintiò: quanta est & fuit obligatio amandi non offendendi d. I. m. 1. 2. 3. gitare*



*Intellectus.*

gitare quid sit Deus quem ita of-  
fendi, collectis, comparatisque per-  
fectionibus attributis Deo... sum-  
mam scilicet, potentiam, sa-  
pientiam, bonitatem, iustitiam &c.  
singulæ sunt infinitæ. Singu-  
læ conjunctæ sunt cum aliis  
pariter infinitis. V. G. Infini-  
ta sapientia, est simul infinitè  
bona, pulchra &c. vide Die 8.  
Confid. infinita modo quodam  
est offensa ubi infinitus offen-  
sus: incomprehensibilis offen-  
sa, ubi incomprehensibilis of-  
fensus: mala in omni genere  
mali, ubi offensus est bonus in  
omni genere boni.

Hæ divinæ perfectiones ha-  
bent duplicem bonitatem: al-  
teram absolutam, & in se,  
propter quam infinitè dignæ  
sunt, ne offendantur: alte-  
ram benignitatis, inclinationis  
benevolentia, beneficentiæ in  
nos: & hæc infinita est.

Hæ perfectiones habent va-  
ria officia, titulos, & actus

*Voluntas.*

Sexto: quanta est  
in uno peccato cu-  
mulata malitia.

Septimo: quantum  
expiari illa mali-  
tia debet ad sum-  
mam puritatem,  
antequam possis  
Dei complexu frui.

Octavo: quantum  
ipse Deus odit pec-  
catum & pecca-  
torem: quantum  
doleret si dolere  
posset. Odit verò,  
quàm certò, quàm  
necessariò, quàm  
intensè, quibus de  
causis amat se i-  
psam: tantum odit  
& solum & totum  
peccatum & ne-  
cessariò & infinitè.  
Non tantum amat  
Deus B. V. & o-  
mnes sanctos qua n-  
tium odii & nau-  
sea habet in uno  
peccato mortali &  
peccatore.



*Intellectus*

circa nos, ob quos etiam infinitè dignæ sunt, ne offendantur. V. G. Creatoris, Domini, Patris, Finis, Redemptoris suâ morte, Beatitudinis &c. Amatoris magni, per beneficia & communia & specialia.

Ex his perfectionibus sic consideratis, oritur varia, & infinita quædam obligatio hominis, non offendendi sed amandi Deum &c. D. 1. M. I. 2.3.

Ex his etiam crescit malitia peccati, quòd sit contra tanti Dei perfectiones, beneficia, voluntatem, legem, promissa, gratias, minas, &c.

Singularis est malitia, ubi singularia beneficia.

Ex his perfectionibus, & obligationibus violatis crescit porro in infinitum varia sceditas, & malitia omnibus peccatis gravibus communis; scilicet

*Voluntas.*

*Nemo satis novit quid sit Deus nisi solus Deus.*

*Nemo satis novit, & odit, abhorret & nauseat peccatum & peccatorem: nisi Deus.*

*Inde ista pœna, mori deberes pro dolore.*

*(b) In exclamacionem prorumpere, admirando valde, quomodo creatura omnes me sustinuerint tam diu, quomodo Angeli... tulerint, custodierint suis etiam juverint suffragiis &c. quomodo celum & s. vindicta loco, mihi servierint, non absorbuerit me delitescens tellus, mille infernos reserans, in quibus &c. quo-*

cet



*Intellectus.*

cet neglectus Dei, negatio debiti honoris, obediendiæ, & obsequii; offensa, abusus Dei & donorum, & attributorum ejus, contemptus, & abjecti injuria, contumelia in faciem, ingratitude, infidelitas, inimicitia, provocatio, & rebellio, afflictivum Dei summum usque ad interitum, si fieri posset; destructivum Dei, scilicet si peccatum bonum esset, uti facis, aut tua voluntas superior, & impunis esse deberet. Variè infinitum malum! (a) (b)

NB. Quantum malum, quàm invisum cum nausæa coram Deo & Sanctis est peccatum, tam malus & invisus cum nausæa coram his est peccator.

*Conclusio practica:* Summè dolendum fuisse aut esse peccatorem: concipiendum tui justum, magnumque odium, expianda peccata. Vita eligenda melior usque ad perfectionem, & quævis ardua. (b)

*Reflexio Ulti Med. I, p. I.*

*Voluntas.*

modo Deus per se & Sanctos amare pergat. Hinc novus amor, & dolor. Terminanda hæc meditatio per colloquium extollendo infinitam Dei misericordiam, & gratias pro viribus agendo. . . Unde proposita in futurum mei emendatione recitabo.

*Pater noster.*

*Med. Tertia*  
suadet S. P. tria  
Colloquia ad B. V.  
Christum, & Patrem ad impetrandam ea, quæ diximus scopum Diei esse.

*Medita-*



Meditationis secundæ Compendiū.

Concipiendus est intensus Dolor de Peccatis.

Primò. Ob fœditatem singulorum peccatorum.

Secundò. Ob vilitatem Personæ offendentis.

Tertiò. Ob Excellentiam Dei offensi.

Meditatio Tertia.

DE PECCATO VENIALI.

Oratio præparatoria. Præludium, uti Med. 1. & 2.

**O**Mnia quæ dicta sunt de peccato mortali duabus meditationibus superioribus, applicari possunt, & debent ad veniale, exceptis his duobus penè solis: quòd non solvat prorsus amicitiam Dei, in inimicitiam, luâtque pœnam non æternam.

Intellectus.

Punctum primum.

Juxta Med. 1. suprâ.

**M**emoria proponit aliorum peccata venialia: v. G. Davidis vanè numerantis populum suum. 2. Reg. 24. 2. ejusque pœnam, multorum clâdem. Item, ac præcipuè peccatum

Voluntas.

Applicandi sunt hic affectus, qui annotati sunt med. 1. & 2. hujus Diei de peccato mortali omissis solum aut aliter applicatis illis quæ sunt peccato veniale



*Intellectus.*

*Voluntas.*

veniale alicujus damnati, v. G. leve furtum Judæ, vel peccatum hominis damnati propter luxuriam, &c.

*mortali soli propria.*

*Intellectus* considerat primò quod veniale peccatum sit etiam adversum fini ultimo, nolitque per illud homo, & per arbitrii libertatem Creatori suo debitam reverentiam, & obsequium præstare; atque esse insolentiam adversus Deum &c.

Secundò. Quòd gratiâ divinâ non quidem planè privet: amicitiam tamen mutuam Creatoris, & Creaturæ, favores singulares, & confidentiam multùm imminuat.

Tertiò. Decidit per illud homo in malitiam, & quidem tantam, ut Deus non eligeret, nec eligi ab homine velit peccatum, etsi per illud posset omnes damnatos liberare, & facere salvos: Ea est omnis peccati venialis fœditas.

Quartò. Quamvis ob veniale non præcipitur homo in infernum: separatur tamen à Deo ita, ut privetur visione Dei, nec possit in gloriâ conjungi Deo, dum minutissimum superest. Imò Christus, B. V. ipso momento exciderent, ille unione hypostaticâ, hæc cœlo, si minimum peccarent.

Quintò. Præcipitur ob illud homo non in infernum, sed in purgatorium ejusque pœnas infernalibus similes, exceptâ æternitate, desperatione, odiò Dei.

Sextò.



Sextò. Meretur unum peccatum veniale omnia hujus mundi & temporis mala Med. 1. p. 2.

Septimò. Sequitur ex peccatis venialibus magna naturæ per habitus malos corruptio, dispositio ad mortalia.

Octavò. Multi sunt in inferno, qui in pœnam venialis, subtracto gratiæ efficacioris auxilio lapsi in mortalia damnati sunt, cum detrimento sæpè salutis alienæ per illos neglectæ, ob impedimenta gratiis opposita in se & aliis.

Nonò. Peccata venialia publici boni remora, communis mali aliquando causa sunt & occasio damnationis alienæ.

Decimò. Ipsa mors Christi ad unum veniale expiandum necessaria est ex quorundam sententiâ Atque ista quidem omnia, justo Dei & sanctissimò judiciò. Comparatio fiat meorum venialium, uti supra Med. 1. n. 4.

*Conclus. pract.* Debeo in summâ, & timidâ confusione & dolore, comparare coram Deo. Deinde vitam perfectionibus corrigere, & compensare, ex Medit. 2dâ.

Punctum secundum juxta  
Med. 2. suprâ.

**M**Emoria proponit, ex variis vitæ temporibus, locis functionibus &c. multitudinem peccatorum venialium, quæ aut in re mala contra Deum



Deum, proximum, vota, in peccatis capitalibus; aut in opere bono admiscendo mala, seu actu, seu intentione; aut omissione admissa sunt. Horum quot sunt in uno opere. v. G. Oratione? Unâ horâ? Die? Anno? Vita? non millia, sed milliones.

*Intellectus* considerat primò quod singula venialia habeant suam specialem foeditatem, & malitiam Deo invisam &c. Med. 2. p. 1.

Secundò. Quod velut mortalia crescant ex vilitate offendentis. Tertiò. Ex personâ offensi &c. vide Med. 2. p. 3. & 3

Unde consurgit infinitas quædam foeditatis, & malitiæ in uno veniali; quid in tot? Quid si Deus toties te deseruisset, quoties desereri meritus es, etiam per peccata venialia; ubi nunc, & quis esses? Quid si deserat deinceps?

*Conclus. pract.* Eliciendus intensus timor & dolor, expiatio, vita deinceps tantò perfectior &c. Med. 2.

### Meditationis tertiæ Compendium.

Peccatum veniale prosequendum magno odio, dolore & pœnitentiâ, emendandum magnâ perfectione.

Primò. Ob gravissimas illius pœnas.

Secundò. Ob magnam illius malitiam

*Quarta Meditatio, sit repetitio aut sequens Consideratio.*

Conside-



Consideratio.

FACIENDI FRUCTUS DIGNI POENITENTIAE.

*Primo.* Inspiciendum quodnam vitae genus, mole an asperum, arctum an laxum, religiosum, an saeculare, magis tibi idoneum, ac necessarium sit; ut divinae bonitati tam misericorditer in te praes aliis longanimi aliquo modo gratus sis; ut poenas non modicas deleas: ut deinceps procul absis à relapsu vehementer pertimescendo.

*Secundo.* Addenda satisfactio aliqua: cujus praes mirabiliter, & exactè tradit S. P. Addit. Est duplex: interior & exterior; interior est dolor cum proposito emendandi. Exterior est triplex: circa victum, circa somni & strati modum, circa carnem ut inflictum dolorem sentiat, huc spectat omne genus mortificationis. Mortificatio afficere debet omnes facultates, & passiones animi, omnes sensus corporis: afficere debet, ut illis omnia vanè grata subtrahas, difficilia infligas; ad soliùs Dei obsequium exerceas.

Hujus exterioris poenitentiae triplex est effectus.

**S**atisfacere pro praeteritis, sensualitatem subjicere rationi, domare rebellionem hominis inferioris, impetrare aliquod gratiae divinae donum v. g. intimam cordis contritionem &c. Cautelas pro his adhibendas tres suggerit S. P. ne sit nimia,

ac



ac plus noceat quàm profit: ne pœnitentias hujusmodi omittamus ob affectum carnis; ut mutatis pœnitentiæ generibus experiamur quid magis expediat.

*Tertiò:* Sic instituendæ rationes vitæ; ne supersint horrendæ pœnæ purgatorii, & remora visionis Dei; supererunt illæ morienti, & magnæ, & certæ; nisi nunc expies, neque verò expiabis, nisi tibi nunc constituas certa quædam certis temporibus, & numero, per dies, & hebdomades persolvenda. Ea sunt opera pœnitentiæ exterioris n. 2. est usus diligens, & exactus Sacramentorum, & indulgentiarum: est infinitum pretium Sacrificii Missæ: est veneratio sanctissimæ Passionis Christi: atque per hanc humillima deprecatio, v. g. si divisis per diei horas partibus Dominicæ Passionis, cum magno amore doleas de peccatis horæ præteritæ ac totius vitæ, petens remissionem, & emendationem per præsens mysterium passionis: libenter ignoscere, & remittere quascunque aliorum in te offensas, juxta illud Christi: *Sicut & nos dimittimus.* Faciunt etiam huc quæ mox dicentur, quæque suscipienda sunt, tum ut gratos nos præstemus mirabili hæctenus misericordiæ divinæ, tum ut vetera expiemus, tum denique ut in novitate vitæ ambulemus, & vetera damna nobis, Deoque compensemus.

*Quartò:* Omnia opera tam perfectè, tam perfectâ intentione agere, quàm scæda agnoscis priora peccata, ut singula quæque opera exhibere possis oculis Dei velut dignum opus pœnitentis. Ha-



bent singula opera virtutem expiatoriam etiam minima. Quam multa ea esse possunt?

*Quintò:* Cavere deinceps omni sollicitudine, omne ac minimum peccatum, umbram, speciem, periculum remotum, ac vel suspicionem peccati.

*Sextò:* Acceptare cum gaudio quævis à quovis illata adversa, inopiam, contemptum, dolores &c. quæ semper erunt inferiora tuis meritis, & obligatione erga misericordem Deum, sed justum.

*Septimò:* In omnibus occasionibus, quæ millenæ, & in momenta pœnè occurrunt, aliquid mortificationis quærere, multa minuta, cum magno desiderio, cum maxima sis meritis.

*Octavò:* In nullis prosperis gaudere; nullis inhiare, cum carere non potes, indignissimum te illis judicare, nihil illa ad pœnitentiam; nec apta peccatori tanto: semper in aliquo genium fraudere, parva merentur & disponunt ad magna.

*Nonò:* Agere cum quovis proximo summâ humilitate, & mansuetudine in memoriâ indignissimæ vilitatis tuæ, & peccatorum, &c.

*Decimò:* Profectus sit: augere Dei offensi æstimationem; tui ob peccata confusionem, contemptum & odium, animi internum dolorem; heroicis actus pœnitentiarum & laborum: frequentationes pœnitentiarum minutarum; desideria contemptuum, & crucis: cautelam minorum peccatorum; puritatem, & intensiorem bonæ in omnibus intentionis &c. *Charitas operit multitudinem peccatorum* 1. Petr. 4. 8. Denique omne genus pœnitentiæ, & mortificationis cum gaudio



dio exerceri debet ex spe, & certitudine magni  
fructus apud propitium Deum.

## Verba Scripturæ sacræ.

Altissimus peccatores odio habet, & impiis  
reddet vindictam Eccl. 12. 3.

Nonne Deus ipse, cui peccavimus? Isa. 42. 24.

Peccavimus in conspectu tuo Esth. 14. 6

Propter quod irritavit impius Deum. Ps. 10.

Odio sunt Deo impius & impietas ejus. Sap. 14. 9.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto  
corde meo, & glorificabo nomen tuum in æter-  
num, quia misericordia tua magna est super me,  
& eruisti animam meam ex inferno inferiori.  
Ps. 85. 12.

Projicite à vobis omnes prævaricationes, & fa-  
cite vobis cor novum & quare moriemini;  
Ezech. 18. v. 21.

Convertimini ad me in toto corde vestro.  
Joël 2. 13.

Qui in modico iniquus est, & in majore ini-  
quus est. Luc. 3. 8.

De profundis clamavi ad te Domine Ps. 129.  
de hoc S. Aug. Videte fratres, quale sit profun-  
dum, ubi contemnitur Deus.

## Legenda.

Ex Thom. Kempis lib. 1 c. 6. & 2. 1.

Lib. Exerc. . . de discernendis Spiritibus pro 1.  
hebd.

Lancitio Opusc. 11. C. 7. Opusc. 16. C. 3. 11.  
Op. 6. C. 8. G 2 Rode-



Rodericio p. 2. Tr. 1. de mortific.

Nieremb. de ador. L. 1. c. 5. 6. l. 2. c. 13. 14.  
l. 3. c. 13.

Si quis in his materiis diutiùs exercendus videatur; sumi possent Meditationes ex S. P. Med. 1. de peccatis. Puncto tertio: ubi ait: *Exerceamur pari modo circa peccatum mortale, & particulare quodlibet: considerando quod peccato tali vel semel commisso forè detrusi sint multi in infernum &c.*

Potest ergo sumere peccatum, aut peccata, quo quis aut sæpiùs, aut graviùs aut periculosiùs labitur, ejusque expendere repugnantiam cum fine hominis, pœnas, scœditatem, malitiam cum sui confusione magnâ, pari dolore, & proposito meliorum juxtâ modum Med. 1. & 2.

Referri etiam huc possunt stupenda, & timenda Dei judicia, quibus certum numerum peccatorum constituit, & mensuram; ita ut illâ impletâ, aut vitam, aut gratiam efficacem negaturus sit misero damnando homini. Lucifero post primum peccatum negavit locum pœnitentiæ; Simile evenit omnibus damnatis, post aliquot Deo notum peccatum: timendum tibi semper.

Meditatio institui potest ad modum Meditationis primæ, maximè puncti tertii, ac etiam secundæ, per hanc exaggerando gravitatem relapsus. Idem eodem modo fieri potest de peccato veniali ex puncto tertio Med. primæ; sunt enim de factò in inferno, quorum damnatio initium habuit à peccatis venialibus, & tempore forsan minore, quàm tuus sit &c. ad modum Med. tertix.

NB.



NB. Hoc die aut sequenti facienda confessio generalis, de hac agit S. P. pag. 47.



## Dies quarta.

### DE NOVISSIMIS HOMINIS.

**D**E inferno solo Meditationem habet S. PATER suggerit tamen ipsemet circa finem ejusdem Med. posse etiam addi alias, ac plures Meditationes de morte, de judicio &c.

Scopus est: *Ut si quando me ceperit divini amoris oblivio saltem à peccatis supplicii timor coërceat.* Cum verò intendat S. P. non solum omne remove peccatum, sed ad finem hominis & perfectionem expiatis peccatis perducere: hinc ad scopum harum Meditationum etiam pertinet, ita nunc ex Meditatione novissimorum affici intellectu & voluntate erga finem hominis, erga media, honorem & contemptum, prospera & adversa, peccata, & virtutem &c. uti afficiuntur nunc damnati, tūque afficeris certò in morte, judicio, æternitate, purgatorio; ideoque nunc agere, quod tunc & istic actum velles; idque nunc agere ita, ac si illa proxima essent, mors, judicium &c.

## Meditatio prima

### DE INFERNO.

*Oratio preparatoria pro more.*

Præludium primum: *Est compositio loci, subjecta oculis imaginationis inferni longitudine, latitudine, ac profunditate.*

G 3

Prælu-



Prælium secundum. Consistit in poscendâ intima pœnarum quas damnati luunt apprehensione, ad scopum supradictum.

## Intellectus.

### Punctum primum

Speclare per imaginationem vasta infernorum incendia, & animas igneis quibusdam corporibus, velut ergastulis inclusas. Hæc & sequentia conspicienda sunt in eo gradu supplicii, quem meretur offensa divinæ infinitatis: ita ut omnia essent summè crudelia (jæcturâ, dolorum multitudine, intensione, duratione, sensu animi & corporis) nisi ob Dei majestatem, & bonitatem essent nunc summè justa. Pœnæ magnitudinem sic etiam æstima. Est malum supra omne malum pro quo infligitur, D. 2. itaque & pœna supra omnem pœnam. Est bonum supra omne bonum, & infinitum, cujus offensa vindicanda est. D. 1. M. 1. 2. D. 8. Est sapientia infinita, quæ invenit gravitatem tormenti; est justitia infinita quæ decernit, potentia infinita, quæ exequitur. Dolor & pœna super omnem

## Voluntas.

Ad singula sit viva fides.

Admiratio magna tam horrendorum &c.

Timor tantus merito, quantum malum est; & tibi & alienis animabus: Dei, etiam amore.

Conatus evitandi ista, par timori.

Humillima adoratio divinæ justitiæ etiam in tanta severitate laudanda.

dolo.



*Intellectus.*

dolorem : quanta ! infinitæ excellentiæ, sapientiæ, justitiæ, potentæ infinitè læsæ, & infinitè iratæ, inimicæ : serâ, exquisita, inimica vindicta, & afflictio in mutuo summo odio, & æterno contra inimicum vilissimum. Hinc est infernus summum & omne malum sine ullo bono.

*Considerandum*, quinam ista patiantur? vixerint ante aut post Christum &c. nihilo tu illis es per vilitatem, & malitiam melior (ex *Confid.* die 1. die 3. *Med.* 1. 2.) quo minùs idem tibi eveniat. Ob quam patiuntur causam? ob peccata quæ tuis similia, etiam minora, & pauciora; quibus viis eò pervenerunt? sæpè peccatis venialibus; negligendo finem, & media; sui amore, & rerum creatarum, detractando ardua pro fine. Et quid nunc sentiunt de suis peccatis? de fine, de mediis, si haberent? quid de rebus prosperis, & adversis? &c. quid prospera profunt ad evitandum infernum? imò quantum eò abducunt!

*Conclus. pract.* Inferni iusto ti-

*Voluntas.*

*Major æstima-  
tio divina excel-  
lentiæ, ex gravi-  
tate pœnæ.*

Gratiæ maxi-  
mæ Deo, & Chri-  
sto quod in infer-  
no non sis, idque  
Dei in te amore &  
beneficio.

*Idem Sanctis, &  
B. V. aliisque, quo-  
rum patrocini-  
o liber es.*



*Intellectus.*

more ab omni peccato remotissimè cavendum; abstinendum periculosis mundi bonis.

Studendum rebus perfectis, &c. idque etiam amore illius, cujus amore, & beneficio non ardes nunc in inferno. Deinde quid ad istas pœnas omnia adversa hujus sæculi? an detrectanda? quàm perfecta debes deo, cujus beneficio hisce liber es

*Punctum secundum.*

*Audire imaginariè planctus, ejulatus, vociferationes, atque blasphemias in Christum, & Sanctos ejus: tam alto clamore, & blasphemiam &c. quantus est dolor, ex tanta causa, cum odio Dei. Cætera, ut p. I-*

*Punctum tertium.*

*Imaginario olfactu fumum, sulphur, & sentina, seu fœcis, atque putredinis graveolentiam presentire. Quanta fœditas etiam animarum! uti suprâ p. I.*

*Quartum. Gustare similiter res amarissimas, ut lacrymas, rancorem, conscientia vermem. sicut p. I.*

*Quintum. Tangere quodammo-*

*Voluntas.*

*Detestatio tantò major omnium peccatorum præteritorum, tantus horror, quantus esse solet ex imaginatione vicini, sed evitari præcipiti.*

*Proposita & Colloquia, congrua conclusioni, & re-*

*do*



*Intellectus.*

do ignes illos, quorum tactus anima ipse amburuntur. Pauca, sed magna imò infinita, credenti, & expendenti hanc esse officinam divinæ justitiæ, & iræ æternæ infinitè laceffitæ.

*Conclus. pract. & reflexio uti aliàs.*

*Voluntas.*

flexioni; Colloquia etiam ad Patronos felicis mortis.

Pater noster.

**Meditationis primæ Compendium.**

Inferni pœnas percipere imaginario quodam

{	1. Visu	--	4. Gustu.
	2. Auditu	--	5. Tactu.
	3. Olfactu.		

NB. De Purgatorio institui potest Meditatio eo modo, quo de inferno. Similia utriusque tormenta: excipe æternitatem, desperationem, blasphemias. *Vide* ergo animas sanctas te meliores: *Audi* easdem in horrendis pœnis ab amico Deo inflictis &c.

**Meditatio secunda**

**DE JUDICIO.**

**P**roximè ante infernum, aut purgatorium præcedit *Judicium*, de hoc Meditatio fieri potest per quinque puncta, & imaginarias applicationes sensuum: sicut Med. 1. hac tamen ratione, ut quæ vides, vel audis non in aliis tantùm, sed etiam ac maximè in te ipso velut constituto coram Judice videas, & audias.

*Oratio preparatoria, & præludia sicut Med. 1.*

G §

Puis



*Punctum primum.* Videre Judicem, & reum; utrumque mutuò intentum; utriusque conditiones, & affectiones internas, & externas. Judicis tanti rigorem, & rei tremorem ob peccata, & peccatorum poenas, de quibus D. 3. M. 1. 2.

Tria potissimum in omni puncto consideranda sunt, scilicet

*Primò:* Tibi illud certò eventurum, nec posse remote abesse quin eveniat: incertissimū quando.

*Secundò:* Quidnam sit, quod eo tempore tibi solatio esse possit; quid afflictioni? annon solabuntur omnia perfecta, & ardua? facta, & tolerata? annon affliget neglectus finis, mediorum, gratiarum? &c. peccata, amor honoris, amor proprius, horror, & contemptus poenitentiae, amor creaturarum? &c.

*Tertiò:* Quid profutura sint ad propitium iudicium ea omnia, quae nunc amas & quaeris: aut quantum ad futura, honor, contemptus, &c.

Atque hinc deducenda *Conclusio pract.* affectus ferme iidem, aut similes, sicut Med. 1.

*Secundum.* Audire accusantes, conscientiam propriam de minimis, & occultissimis; Dæmones, oculum Judicis omniscium, Sanctos, quorum ope, & auxilio malè usus es, ipsa media quibus abulus es &c. Die 2 Med. 1.

*Audire* item confessionem convicti rei. Audire iudicis sententiam, justam, severam, irrevocabilem, quam? an similem D. 3. Med. 1. p. 1. 2. 3. parem peccatis. D. 3. M. 2.

*Tertium.*



*Tertium.* Olfactu percipere ortam ex foeditate detecti delicti, publicam confusionem ob peccati turpitudinem D. 3. M. 2.

*Quartum.* Gustu percipere amaram tristitiam, & dolorem condemnati rei D. 3. M. 1. p. 1. D. 1. M. 1.

*Quintum.* Sentire contactu divinæ justitiæ, & sententiæ ministros &c. ut supra.

### Meditatio Tertia.

Omnia sicut Meditatione primâ, & secundâ, his mutatis :

*Punctum primum.* Videre tuam moribundi faciem, oculos, pallorem, attonitum vultum, & animum : tum memoriâ præteritorum, D. 3. M. 2. tum expectatione futurorum, iudicii, æternitatis, &c. videre circumstantes de vitâ desperantes, derelinquentes.

*Secundum.* Audire aliorum ac tua verba, aut corporis, aut animi ægri indicia : verba præsertim interna, & varia dictamina de vitâ præteritâ D. 3. M. 2. de neglectu vario, æstimatione Creaturarum D. 2. M. 1. 2. de futuris D. 3. M. 1. 3. verba variarum tentationum.

*Tertium.* Olfactu percipere corpus, uti morti, ita putredini jam proximum in morbi sordibus, animam verò peccatis, v. G. superbiæ, & ignaviæ putidam, & sic jam comparituram D. 3. M. 2.

*Quartum.* Gustare illam mortis amaritudinem naturalem, peccati stipendium amarum, deseri ab omnibus



omnibus hominibus, & rebus: at magis dereliquisse unquam Deum &c. Die 3. M. 1. 2.

*Quintum.* Tangere illud frigus jam jam futuri cadaveris: tangere animo illud jam vicinum limen æternitatis, ubi se tempus, & æternitas contingunt, illud fine, hæc initio: & tanto periculo.

*Conclusio. Reflexio,* affectus sicut Med. 1.

Omnis actio sit ad vicinam, lætamque mortem, propitium iudicium, felicem æternitatem præparat o.

## Consideratio aut Meditatio.

### DE ÆTERNITATE.

**Æ**ternitas ex præcipuis & summis unum est, quod sperari, & timeri potest, ac debet, hæc est, quæ in inferno infinitatem addit, quæ timeatur in morte, timetur in iudicio: spatium, & mensura beatitudinis, & damnationis. Hujus habenda, & versanda animo memoria: metienda, si potest profunditas, & longitudo, itaque

*Primò:* Annos multiplica incremento, uti ajunt cubico: quomodo id fiat, vide D. 8. Conf. §. 2. n. 4. hoc prosequere per medium horæ quadrantem, & scribe. Vide postea quot annos, annorum millia, & myriades scripseris; quanta hæc est pars æternitatis? quid ad æternitatem? præteribunt, & nihil decedet æternitati: manet æque longa. Sic multiplica non annos, sed sæcula: non uno quadrante, sed totâ æternitate: evadet numerus omnem admirationem, & rationem hominis. ob-  
ruens.



ruens Quidquid computaveris, finietur, at quando? ô serò! sed nihil tunc decessit æternitati. Totidem denuò effluant sæcula, nihil decedit, ideo nimis quàm exiguum est, si dicas, tot esse sæcula æternitatis, quot sunt arenulæ, in magno monte, in mille montibus, quorum singuli hinc pertingant ad cælum &c. æternitas! semper! nunquam! soli Dei æternitati commensuranda sunt.

*Secundo:* Stupendum est, & horrendum: anni æterni, & æternitatis nunquam simul omnes existere possunt: at omnes simul; tota simul æternitas horrendo, & quasi infinito pondere tota simul affligit infelicem, recreat felicem. Globus perfectè rotundus in mensam planam depositus tangit mensam uno solum sui puncto; at totus tamen gravat, & premit mensam suo pondere. Ita æternitas; etsi punctum durationis solum præsens sit; tota recreat in gaudiis, affligit in pœnis, scitur enim fore æternas.

*Tertiò:* Penè sola æternitas malum, bonumve infinitum, felicem hominem facit, aut infelicem. Tolle inferno æternitatem; non erit infernus; non desperatio. Tolle cælo æternitatem; non erit plena beatitudo. Minimum, si est æternum, infinitum genus est boni, aut mali v. g. æterna punctura unius acûs. Quid æternitas inferni!

*Quartò:* Æternitas evadit etiam seipsâ infinitè quali major! una hora videtur patienti æquare duas horas, si quid magni doloris est, sic patienti summos dolores & æternos inferni, una æternitas,  
mille



mille æternitates æquare videbitur, & dolore æquabit. Vide quid à te in hoc tempore postulet æternitas, quid in quavis materia exercitiorum.

### Verba Scripturæ sacræ.

Pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini, & à gloria virtutis ejus 2. Theff. 1. 9.

Ibunt in supplicium æternum, justi verò in vitam æternam. Matth. 25. 46.

Terram miseræ, & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Job. 10. 22.

Inutilem servum ejicite in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Matth. 25. 30.

Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet, desiderium peccatorum peribit. Ps. 111. 10.

Pro his omnibus adducet te Deus in judicium. Eccles. 11. 9.

Si justus vix salvabitur, impius, & peccator ubi parebunt? 1. Petri 4. 18.

Omnes stabimus ante tribunal Christi. Rom. 14. 10.

Cuncta quæ fiunt, adducet Dominus in judicium. Eccl. 11. 29

Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit sive bonum, sive malum. 2. Cor. 5. 10.

Tempus non erit amplius, Apoc. 10. 16.

Ecce



Ecce propè est dies mortis tuæ. Deut. 31. 14.

Dispone domui tuæ quia morieris. Isa. 38. 1.

Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Job. 14. 14.

Ibit homo in domum æternitatis suæ. Eccl. 12. 5.

Luet, quæ fecit, nec tamen consumetur. Tob. 20. 18.

Annos æternos in mente habui. Ps. 76. 6.

Utinam saperent & intelligerent, ac novissima providerent. Deut. 32. 29.

### Legenda.

Ex Thoma Kemp. L. 1. c. 23. 24. 25.

Libel. Exerc. de Scrupulis. prim. mod. orandi.

Lancitio Opusc. 2. c. 3. 45. Op. 3. c. 1. 2. Op. 6.

c 10. 11.

Rodericio p. 1. Tr. 1. c. 12. ibid. c. 6. P. 3. T. 4.

C. 9. 10.

Nieremb. de ador. L. 1. c. 8. 13. 14. 17. l. 4. c. 7.

Si quis diebus pluribus in viâ purgativâ exercendus sit; desumi possunt materiæ ex P. Ignatio Diertins in app. tertia hebdom. 1. v. G. de filio prodigo Luc. 15. cujus discessus *statum* hominis deserentis Deum.

*Exilium*, statum peccati, & peccatoris.

*Reditus* pœnitentiam, adumbrare, & docere potest.

Item de lapsu, & pœnitentia Petri. Matth. 26.

De muliere peccatrice. Luc. 7.

De conversione S. Pauli. Act. c. 9.

Dies





## Dies quinta.

**O**bservandum *primò*, quòd in ea omnia, quae S. P. prioribus Meditationibus per finis, & novissimorum considerationem spectabat, in eadem ipsa nunc collimet modo alio, & altiore tum spectabat fugam peccati, contemptum mundi, & commodorum temporalium, amplectendo ardua, & perfecta; idque per amorem finis ultimi, odium peccatorum, timorem poenarum, & novissimorum: nunc idem agit, sed amore, & imitatione Christi.

*Secundo.* Sequentes Meditationes respondent viae illuminativae, quae versatur praecipue in amore, & adeptione virtutum. Huic vice S. P. in suis Exercitiis tribuit duas hebdomades, secundam & tertiam, jubetque per gradus à vita Christi discere omnem virtutem, & perfectionem, eamque vel eligere pro capessendo certo vitae statu, aut electum perficere, ita ipse insinuat heb. 2. ante diem quartam in praeludio circa Confid. stat, scilicet primò proponit *Exemplum Christi de vita genere quod in mandatorum Dei observatione consistit, idque ex vita Christi infantili.* Pergit deinde ad vitam *secundi status, pendentis ab obedientia & perfectionem evangelicam afferentis, idque ex vita Christi juvenili, quando relictà matre mansit in templo &c.* Pergit porrò ad vitam Christi apostolicam, quae praeter perfectionem propriam, curam alienae salutis



lutis suspicit. Atque hic facienda electio, sic ubi necessaria. Denique ad vitam Christi in passione & ad ipsam in opprobriis mortem pergit; ut simul discamus magna pro Deo pati, simul superiora omnia confirmantur.

*Tertiò.* Fundamentum & principium horum omnium est Meditatio de regno Christi de quâ mox.

*Scopus* verò hic est: *Primò*, ut animo erga Christum amantissimo tenerrimòque simus, atque ideo eo nos vocante non *obsurdescamus*: *Secundò*: Sed ad eum *sequendum prompti simus*, & quàm proximè sequendum.

## Meditatio prima DE REGNO CHRISTI.

*Oratio preparatoria pro more.*

*Prælium primum: Ut spectare nos imaginemur synagogas, villas, & oppida, quæ predicans Christus pertransibat, &c.*

*Prælium secundum: Petere à Deo, ne obsurdescamus vocante nos Christo: sed ad sequendum, ac optemperandum prompti simus.*

### Punctum primum

**M**Emoria proponit parabolam: ea hæc est:  
*Primò.* Proponere ob oculos humanum Regem divinitus electum, cui Principes, & populi omnes Christiani reverentiam, & obsequium præstare debeant.  
*Secundò:* Imaginari, quòd audiam illum Regem loquentem ad omnes subditos: in animo est mihi regiones infidelium ditioni meæ subdicere. Quicumque igitur co-

H

mitari



mitari me velit, paratus sit oportet, non alio uti victu, vestitu rebusque aliis, quam me utentem conspexerit, in iisdem quoque laboribus, vigiliis, & casibus ceteris persistendum mecum erit: ut particeps fiat victoria, & felicitatis, unusquisque pro ut laborum ac molestiarum socius exstiterit. Tertiò: Considerare quidnam respondere debeant Regi amantissimo, & liberalissimo fideles subditi, & quam promptè ad omnem ejus voluntatem offerre se accinctos. Contrà verò, si quis non obaudiret, quanto apud homines universos vituperio dignus esset, atque quam ignavus miles aestimandus.

### Intellectus.

**I**n intellectus primò considerat, & agnoscit quod Rex ille divinitus electus, Rex aternus, mundoq; toti conspicuus, sic Christus. Quis Deus mittens? quantus Rex missus, quantum regnum! quid debes Deo, vel ideo solum, quod det & mittat filium? (a)  
 Secundo: Cui Principes, & populi omnes reverentiam, & obsequium prestare debeant. Debes sanè, tum Dei mittentis reverentiâ & amore, tum Christi missi. Cur? collige quidquid in creaturis, ipsòque Deo perfectionum, ac titulorum est, ad reverentiam, & amorem, id Christus est D. I. M. I. 2. D. 8. Conf. (b)

### Voluntas.

(a) Gratia magna Deo, quòd Duce, Doctorem, Exemplum miserit; Jesum tam necessarium: quo etiam mittere non potuit meliorem, quia Deus est.

(b) Excipiendus JESUS magnâ fide, agnitione, estimatione, gaudio, spe, gratulatione, submissione, amore, gratiarum actione, obsequio, &c. & his personâ  
 Tertiò:



*Intellectus.*

*Tertiò: Audi dulcem Regem: in animo mihi est &c. aut ex part. 2. hæc est mea justissima voluntas, totius mundi dominium mihi vindicare. Causæ justitia, sanctitas, necessitas multum habet ponderis: scilicet suas animas suo Creatori & Domino (vide Med. 1. & 2. die 1.) suo Redemptori ex æternâ miserâ (Die 3. & 4.) ad finem ultimum vindicare, inimicos meos debellare omnes, inimica sunt omnia fini ac perfectioni contraria: peccatum, amor proprius, amor creaturarum, superbia, divitiæ, caro &c. hæc est voluntas Christi tam seria, quantum ipse novit, amatque Deum, & animas: quanta æternitas, infernus &c. quanta ejus Incarnatio, Vita, Passio, Mors. (c)*

*Quicumque igitur &c. Sanè te signat oculis, & præ aliis, & vocavit, & vocat. Quantus illius amor, tua dulcis gloria, & felicitas, quàm dulci illicio ad sequendum in rem tantam! (d)*

*Quintò: Comitari me velit, quàm dulcis, & potens invitatio, ut comitem JESUM habeas, ab eo*

*Voluntas.*

*dignis affectibus, Sanctorum olim in terrâ, nunc in celo.*

*(c) Fatere Deo, & Christo, justum esse ac necessarium, summâ necessitate; ut sua anime Deo non pereant, optatum cum Christo magnis desiderijs, Dei, Christi animarum causâ, & eterno bono; ut totus mundus ejus amori vindicetur, ora.*

*(d) Agnosce, mirare, confundere, gaude, gratias age, ama, quod ex tot aliis sine merito, pejor omnibus designeris, ameris, voceris, offer ad quevis, & tanto lubentius.*



*Intellectus.*

comes quæraris! quanta securitas in comite infinitâ sapientiâ, potentiâ, sanctitate & hac additissimâ, & certâ, & Duce! in tuâ summâ ignorantia, malitiâ! comite JESU ad omnia, cum omni apparatu suorum infinitorum meritorum! nihil sanctius, securius, efficacius, Deo acceptius. (e)

*Sexto: Paratus sit non alio uti victu, vestitu &c. quam me utentem conspexerit.* Quantum ornamentum coram Deo & cælo, Christi vestitus! quam dulcis mensa, victus Regis Christi! quod dulcius condimentum?

*Laboret mecum:* Res tanta non potest nec debet confici sine labore: omni tuo labore millies digna.

*Laboret mecum;* Si tu cum Christo, tecum Christus laborat, in Christi gratia, intentione eadem, exemplo, meritis; tua opera, & tu minima infinito addita pene infinita evadunt, nec dubium de successu certo singulari & perpetuo.

*Persistendum erit; constantia: an meretur? (f)*

*Voluntas.*

(e) *Acuenda magis admiratio, laus, humilitas, gratiarum actio, amor, gaudium, fiducia, desiderium sequendi.*

(f) *Actus iidem, sed ex motivo gravissimo intendendi magis.*

*Septimo*



*Intellectus.*

*Septimò: Ut particeps fiat felicitatis; quàm certò Christus habet & habebit suam felicitatem, tam certò eris ex ejus promissione, & consortio particeps illius: an potest illa esse modica? quanta tua erit? prout laborum ac molestiarum socius extiteris. (g)*

*Conclus. præd. Ex his septem rationibus, in quibus omnia infinita sunt, debes summum genus boni, suavis, honesti, utilis in hoc ponere, & debet hoc esse summum desiderium hoc certissimum decretum, quàm proximè Christum Regem sequi, & imitari; cupidissimè Christi servitio se totum offerre, & addicere: tum amore Christi, tum quia amas omnia, quæ Amati sunt, tum harum rationum causâ.*

*Reflexio uti aliàs. (h)*

*Punctum secundum.*

**M***EMORIA* proponit quosdam recusantes Christum sequi.

*Intellectus considerat: Si quis non abandiret (Christo) quanto apud homines universos vituperio dignus esset, & quàm ignavus miles estimandus.*

H 3

*Voluntas*

*(g) Ex majore spe, major amor, majus desiderium, firmiter conclusio.*

*(h) Dolor magnus pro magnitudine obligationis, neglectâ & boni neglecti.*

*Propositum, petitio gratiæ.*

*(a) Magnus horror, adium, fuga pro magnitudine vituperii, damni, rei que contraria, &c.*

Tanto



*Intellectus.*

Tanto vituperio, & pudore res digna esset, quàm bona, & magna sunt superius proposita p. i. n. 1. ad n. 7. quantum detrimentum tibi tergiversanti, animabus, & Deo inde enascitur. Grave est Christo loquenti non credere; quid erit vocanti non obedire? Deum, & Christum non satis amas, non credis ipsi, non fidis, nisi hoc amore, fide, fiducia ductus magnâ, & ardua beneficium ducas, desideres, eligas, petas, & secteris. (a)

*Conclus. pract. & reflexio, uti p. i. (b)*

*Punctum tertium.*

**M**emoria paucis proponit, & repetit motiva, & proponit puncti primi & secundi; quòd addicere Christo debeamus & velimus.

*Intellectus* considerat, quidnam addicere ipsi obediètes debeant?

*Primò: Se ipsos*, omnes facultates, vires, talenta animi, & corporis, promptâ & liberalissimâ voluntate &c. an meretur? (a)

*Secundò: Expugnatâ carnis, sensuum, amorisque proprii, &*

*Voluntas.*

(b) *Renovatio doloris, desiderii, & decreti. a, cum his omnibus Jesum dignissimum confessus fueris in amore, & desiderio.*

*Adde ex S. Patre, magnum illum affectum: En ò*

*Rex supreme, ac Domine universo-*

*rum, tuâ licet indignissimus, fretus tamen gratiâ, &*

*ope, me tibi penitus offero, meâque*

*omnia tua subjicio voluntati, attestans*

*coram infinitâ bonitate tuâ, nec*

*non in conspectu gloriose virginis*

*Marris tuæ totiusque Curia cœ' estis,*

*hunc esse animum meum, hoc desiderium, hoc certissimum decretum,*

*mundani*

*mundani*



*Intellectus.*

*mundani rebellione: eò usque expugnata, nec ad ullum peccatum prævaleat, nec grave nec leve.*

*Tertiò: Expugnata &c. eò usq; ut paupertatem spiritus amplectaris animo indifferenti, nullis mundanis affixo, etsi omnia abdicare nec possis, nec debeas. D. 2. M. 2.*

*Quartò: Expugnata &c. ut voluntariam rerum paupertatem, castitatem, contemptum, mortificationem cum omni virtute suscipias D. 2. M. 3.*

*Quintò: Ad laborum tolerantiam, tum in omni genere virtutum & afflictionum, tum in laboribus apostolicis pro multarum animarum æternâ salute.*

*Sextò: Verùm etiam majora & præclariora quadam munera oblaturi sunt. Quæ illa? ad priora omnia perfectiùs & perfectiùs exequenda, majori semper puritate, intensione, animo semper ad perfectionem, seu operum seu intentionum Christi imitandam intento: ad vitam æternam & sanguinem unâ cum*

*Voluntas.*

*ut ( dummodo in maiorem laudis tue, & obsequii mei proventum cedat ) quàm possim proximè te sequar, & imiter, in ferendis injuriis & adversis omnibus; cum verâ, tum spiritus, tum etiam rerum paupertate, si inquam sanctissima tue majestati placeat tale me vite institutum eligere, atque recipere.*



*Intellectus.*

*Voluntas.*

Christo profundendum, &c.  
an meretur? (a) An potest  
aliquid ipsi negari, licet maxi-  
mum?

Pater noster.

*Conclus. Reflexio.* uti p. l. (b)

### Meditationis primæ Compendium.

Primò: Quia Christus, ejusque ju-  
sta causa, amor, & promissio me-  
retur;

Secundò: Quia contrarium sum-  
mum dedecus, & detrimentum;

Tertiò: Ad innocentiam vitæ, ad  
paupertatem spiritûs & rerum,  
ad labores, ad plura &c. Chri-  
stum Regem sequi debemus.

### Meditatio Secunda.

**D**Einceps in viâ illuminativâ de vita Christi  
maxima ex parte meditandum erit; ut ea ipsa,  
ad quæ nos generatim obtulimus in Meditatione  
de regno Christi, ipsâ praxi, & singulatim à Chri-  
sto duce discamus; & quidem per gradus, inci-  
piendo à vitâ infantili, & virtutibus magis com-  
munibus omni statui.

Observanda etiam est methodus meditandi hi-  
storias ex vitâ Christi, quarum hîc una solum af-  
fertur. Qui diutiùs vacaturus est exercitiis, plu-  
res petere potest ex ipsis exercitiis S. P. hoc loco.

DE



DE CHRISTI NATIVITATE.

*Oratio preparatoria, sicut supra.*

*Preludium primum.* Recensenda est Historia ab egressu B. V. ex oppido Nazareth, quo scilicet modo ipsa... ac Joseph comes profecti sunt in Bethleem. &c.

*Preludium secundum.* Imaginatio locorum, itineris, speluncae, &c.

*Preludium tertium.* Continet gratia postulationem, ut intimè cognoscam, quo pacto Dei filius meè causa sit homo factus (natus) ut ardentius ipsum amem, & abhinc sequar studiosius.

Intellectus.

Punctum primum.

**M**Emoria veluti aspectu proponit personas, ut Virginis Deiparae, & Josephi Conjugis... & Christi Domini, ut infantis nunc primum nati. (a)

*Intellectus.* Ex tali spectaculo aliquid emolumentum capit; considerando personarum totum statum, & conditionem, quantum ad interna, & externa, maximè virtutes, & affectiones bonas (in aliis etiam vitia, ut abhorreas, & caveas) ut laudes, & imiteris: præ omnibus in personâ Christi v. g. vides

H 5

Voluntas.

(a) Elicitur viva fides circa historiam propositam.

(b) Circa personas occurrentes, & illarum virtutes, eliciuntur affectus congrui laudis, amoris, gaudii, gratulationis,

Christum



*Intellectus.*

Christum. (b) Puerum, parvulum, imbellem; ita parvus apparet, qui immensus est: ita puerum induit sapientia, & majestas æterna &c. tam *humilis* est Deus homo, tenero & Divino amore tuū. (b) Hinc discō, quod & ego debeam esse *humilis*, intellectu, voluntate, & opere.

NB Ut hanc virtutem tanto melius à Christo discam, & lubentius, firmitusque amplectar; renovari ad hanc similisque virtutes possunt motiva ad Christum imitandum proposita, in Med. de Regn. Christ. (c) scilicet *Primò*: Quia Deus per Jesum hanc virtutem docet. *Secundò*: Quia ipsemet amabilissimus Christus docet. *Tertiò*: Quia hæc est istius *justissima voluntas*, tum ob rationes cuivis virtuti proprias, tum omnibus communes. *Quartò*: Quia ex amore tuū sic docet. *Quintò*: Quia ipse virtutis dulcis comes est. *Sextò*: Quia adjutor. *Septimò*: Quia participem faciet felicitatis; illius præfertim, quæ huic virtuti est propria.

*Voluntas.*

*gratiarum, oblationis, desiderii, &c. magni utique pro merito amata persona.*

*In occurrentibus malis, & vitiis eliciuntur actus contrarii.*

(c) *Ad ista motiva elici possunt breviter affectus iidem, qui positi sunt in Med. de Regno Christi. Puncto primo, tum erga Deum, & Christum, tum circa ipsam virtutem propositam.*

Simili



*Intellectus.*

Simili modo considerando alias personas. v. G. B. Virginem, ejus amore virtutem ejus imitari possum: omnem virtutem magis simul commendabit exemplum Christi.

*Conclusio pract.* Debeo cum humillimo Christo esse humilis erga Deum, proximum, penes me ipsum, intellectu, voluntate, & opere. Reflexio &c. (d)

NB. Pari modo possunt hinc aliæ virtutes deduci.

*Punctum secundum.*

**C**onficitur ex verborum quæ ibidem fiunt apprehensione fructuosâ.

Eodem modo, quo in puncto primo; virtus, quam hic addicam à Christo, esse possunt, verba interna Christi; quibus jam à vitæ primordio, toto animo occupatus in Deo, summam laudem, amorem, venerationem, & obsequium expressit, (qui finis hominis D. i. est) offerendo se ad omnem ejus voluntatem, & perfectissimam, & maximè arduam, ad opprobria, labores, mortem &c. te etiam

*Voluntas.*

(d) Circa Reflexionem agendum, sicut alibi dictum est.

*Addendum firmissimum propositum; quod aliquando fieri aut finire potest, illis verbis magna energia ex Meditatione de Regno Christi:*

alloqui



*Intellectus.*

alloquitur ad imitandum, & amandum: verbis iisdem quibus usus est supra in Med. de Regn. Christi p. 1.

Punctum tertium.

**N**egotia seu opera, quæ illic geruntur inspicere, itinera, labores &c. causas.

Disce ex Christi paupertate saltem paupertatem spiritus, contemptum mundi, amorem proximi, tolerantiam adversorum & incommodorum pro fine tuo ultimo, pro peccatis propriis; pro æternitate felici multa agere, & pati, cum tanta pro alienâ salute & peccatis jam pati incipiat Christus &c.

*Conclusio. Reflexio. uti supra.*

NB. Si quis ultra octiduum vacaturus sit Exercitiis; præmittere potest Meditationem de Incarnatione ex S. P. post Meditationem de Nativitate Christi, addere plures debet de vitâ Christi usque ad annum duodecimum: adhibere etiam *applicationem sensuum*: de qua S. P. Meditat. 5. hâc die. Hæc applicatio multum valet ad mysterium & veritatem vivaciùs animo imprimendam, affectusque faciliùs, intensiùs, copiosiùs eliciendos, firmandâque proposita.

*Voluntas.*

*En ô Rex super me ac Dominus universorum; alio Colloquio ad Deum Christum B. Virginem & Sanctos.*

Pater Ave.

Medi-



Meditatio Tertia.

DE CHRISTI ASCENSU IN TEMPLUM  
LUC. 2.

*Oratio preparatoria, Præludium &c. more consueto.*

*Punctum primum.* Natus JESUS annos duodecim, è Nazareth profectus est Hierosolymam. Disce tempestivè aggredi obsequium Dei, ætate primâ, & aptâ, quamvis cum difficultate.

*Secundum.* Remansit illic insciis parentibus. Disce exuere omnem erga omnes affectum carnalem, omnibus propter Deum neglectis.

*Tertium.* Post triduum invenerunt eum in templo sedentem inter Doctores, & ipse illis causam moræ percontantibus respondit: *Nesciebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* Disce omnibus præferre Deum, & Dei amorem: in hoc solo occupari: nullo ullius hominis respectu, aut rei æstimatione, & constanter: expendenda hæc sunt, modo eodem, quo in Meditatione secundâ.

Vide plura apud sanctum Patrem, si opus sit, p. 156.

Consideratio aut Meditatio  
quarta.

DE DUOBUS VEXILLIS CHRISTI,  
& LUCIFERI.

Hanc ponit sanctus Pater primam Die  
quartâ Hebd. secundæ.

Est



**E**st hæc Meditatio profecutio Meditationis d  
Regno Christi, idque duplici modo:

*Primò:* Quia auget amorem in Christum fact  
ejus comparatione, cum inimico diabolo; ex qu  
amore sequitur majus studium imitandi, uti & f  
duciâ ductum ejus sequendi.

*Secundò:* Quia descendit hæc Meditatio magi  
ad particularia; in quibus audire, & imitari Chr  
stum debeat imprimis, qui de vitæ statu delibe  
rat: ille verò se confirmet in bono, qui statum  
jam habet

*Oratio preparatoria.*

*Praeludium primum. Historica Consideratio  
Christi ex unâ parte, & alterâ Luciferi, quorum uter  
que omnes homines ad se vocat sub vexillo suo congre  
gandos.*

*Secundum: Est ad constructionem loci, ut repræ  
sentetur nobis campus amplissimus circa Hierosolyman,  
in quo Dominus JESUS Christus tanquam bonorum  
hominum summus Dux assistat: rursus alter campus  
in Babylonia ubi se Lucifer malorum, & adversario  
rum Ducem exhibeat.*

*Tertium: Ad gratiam petendam illud erit, ut po  
scamus exploratas habere fraudes mali Ducis, invocata  
simul ope divinâ, ad eas vitandas; veri autem optimiq;  
Imperatoris Christi agnoscere mores ingenuos, ac per  
gratiam imitari posse.*



Intellectus.

Punctum primum.

**M**EMORIA imaginari coram oculis meis apud campum babilonicum, Ducem impiorum in cathedra ignea, & fumosa sedere horribilem figuram, vultuque terribilem.

Intellectus, ex loco, seu campo babilonico (qui confusio- nem significat) protendit ma- le ordinata, & confusa omnia, ac demum eum locum, ubi nul- lus ordo, sed sempiternus horror. (a)

Ducem impiorum hoc solo no- mine abhorrendum ab omni eo quod ducit. (a)

In cathedra ignea, & fumosa fumus sunt omnia, quae vendit, foeda, & vana, superba. (a)

Horribilem figuram, qualis scilicet factus est deformitate sui sce- leris; vultuque terribilem: qualis esse solet impiorum, desperato- rum; vultu praefert odium aeter- num in Deum, & imaginem Dei; illudque nocentissimum. a

Punctum secundum.

**M**EMORIA, advertere, quomodo convocatos daemones innumeros

Voluntas.

(a) Horror, aversio, timor, fuga, vel remotissi- ma, tum ob ejus, impietatem, & su- perbiam, tum ob foeditatem a scele- re, & impietate profectam, tum quia inimicus sum- mus, & aeternus Dei, tum ob im- placabile nocendi desiderium.

per



*Intellectus.*

per totum orbem, spargit ad nocendam; nullis civitatibus, & locis, nullis personarum generibus immunibus relictis. Tam sedulò vicissim ad vigilandum, quàm ille multos, quàm subdolos mittit, quàm cupit omnibus nullo excepto nocere; quàm certò circuit quærens, quem devoret, 1. Pet. 5. Quantum meretur fidei & obsequii, qui quærit nocere, & tantum nocere, & omnibus, & summè & æternum? (b)

*Punctum tertium.*

**M**Emoriã, attendere, cujusmodi concionem habeat ad ministros suos, quos instigat, ut corruptis, injectisque laqueis, & catenis, homines primùm trahant (quod ferè contingit) ad cupiditatem divitiarum, unde postea faciliùs in mundani honoris ambitionem, ac demum in superbia barathrum deturbari queant... ex quibus in alia vitiorum opera omnia præceptus fit decursus.

*Intellectus* considerat, quòd laqueus est omne illud, quo affectum non indifferentem alligari patimur: contra Med. 2. & 3. Die 2.

*Voluntas.*

(b) Tanto major horror, & studium cavendum quò majus est studium semper nocendi.

(c) Tanto major horror malitiam demonis, & doctrinæ ejus quò magis est subdola, perniciosa, & peioris auctoris.

Catena



*Intellectus.*

Catena sunt repetita peccata, totidem catenæ annulos facientia, etsi parva videantur. Catena, & laqueus etiam sunt divitiæ, quibus homines in bivio vitæ constitutos irretire, & tenere maximè solet; quæ & dum quærentur, & dum habentur, multorum peccatorum occasio, causa, & fomentum sunt.

Ambitio verò, & superbia, tum per se ad multa mala ducunt, tum quia Deus superbos deserit, eisque resistit. Sequitur verò hæc superbia divitias.

NB. Fraus maligni hostis in hoc universim consistit:

*Primò* quod objiciat velut bona, quæ bona non sunt. Honor non est honor homini. Vide Confid. die primâ hic Med. 1. maximè postquam Deus homo contemptum tulit, divitiæ non sunt divitiæ animæ. Vide Med. 2. die 2. hic Med. 1. Contemptus non est contemptus, cum Dei Filius tulerit contemptum summum, &c.

*Secundò* quod ab indifferentibus, & levibus incipiat, ut per-

*Voluntas.*

*Aversio, & fuga aeterna ab omni cupiditate, & specie honoris ac superbia.*

*Abdicatio perpetua.*

(d) *Cetera pro more &c.*

trahat



*Intellectus.*

trahat ad ea quæ mala sunt, & pejora evadunt, usque ad damnationem.

*Tertiò* quod ab illis abducatur, quæ Christi sunt, eaque ut mala proponat, V. g. Paupertatem Contemptum &c. hinc paulatim via ad exitium est.

*Conclus. pract.* Nihil amplectendum, quò vel cupiditas vana, vel ambitio impellit. (d)

*Reflexio.* An non Magistrum hunc, & Ducem sæpe secutus es? quo periculo?

*Ex opposito considerandus est summus optimusque noster Dux, & Imperator Christus.*

*Punctum primum.*

**C**onspicari Christum in amœno campo juxta Hierosolymanam: ubi scilicet olim exempli, & amoris summa ultimaque dedit specimina, *humili quidem constitutum loco*: humilitas illa Christi, ipsum amabiliorem, nos ad adeundum illum & sequendum confidentiores reddit: *sed valde speciosum formâ & aspectu summè amabilem.* Talis est tum à patre,

*Voluntas.*

(a) *Gaudium, magnus amor, gratulatio.*

*Gratiarum actio de Christo Duce & Magistro.*

*Magna fiducia, & securitas in omni ejus doctrina.*

& ma-



*Intellectus.*

& matre suâ, tum proprio decore interno, & æterno summæ amabilitatis, (a) tale est omne verbum, & doctrina ejus. Med. i. die 5. p. 1.

Secundum. *Speculari, quo patet ipse mundi Dominus universi, ministros per orbem mittat; qui omni hominum generi, statui & conditioni doctrinam sacram, & salutiferam impertiant. Hoc unicum ejus desiderium, hæc professio; docere salutem juxta Med. i. hujus diei p. 1.*

Tertium. *Auscultare concionem Christi (b) exhortatoriam, ut quemlibet primò inducendum current in spiritualem affectum paupertatis. Scilicet ut animum habeant ad quævis creata indifferentem juxta Med. 2. die 2. & insuper si divini obsequii ratio, & electio celestis eò ferat, ad sectandam actu ipso veram paupertatem Med. 3. die 2. Denique ut ad opprobrii contemptusque desiderium alliciat; unde humilitatis virtus enascitur, & ita tres consurgunt perfectionis gradus; videlicet paupertas, abjectio sui, atque humilitas; quæ ex dia-*

*Voluntas.*

(b) *Amor sapientie, sanctitatis, amoris, fidelitatis, unde illa doctrina.*

(c) *Gratias Christo: amor, desiderium paupertatis, contemptus.*

(d) *Colloquium triplex: primum ad B. V. ut recipi, &*

ium,  
gra-

actio  
Duce

ucia,  
in o-  
rina.

ma-



*Intellectus.*

*metro divitiis, honori, & superbia  
opponuntur, ac virtutes omnes sta-  
tim introducunt.*

Hoc faciunt tum removendo  
noxia, tum merendo, tum di-  
sponendo: hæc tantò plus ha-  
bent ad salutem, & perfectio-  
nem securitatis, quantò habet  
Christus plus sinceri in nos amo-  
ris, veritatis, fidelitatis, qui hæc  
docuit, docet verbo & exemplo

*Conclus.* Audiendus est Chri-  
stus &c. amanda paupertas, con-  
temptus, humilitas &c. *Reflex.* (d

*Voluntas.*

*manere possim sub  
vexillo Christi, ut  
ipsum imiter vi-  
cinius.*

Pater noster.

*Secundum idem  
ad Christum, ut  
impetret à Patre:  
anima Christi (c.  
Tertium ad Pa-  
trem ut annuat.*

Pater noster.

**Meditationis quartæ Compendium.**

Primò : Inimicus Lucifer abducit  
per cupiditatem, divitias, hono-  
res, superbiam ad exitium: hæc ab-  
dicanda.

Secundò : Dux Christus per pau-  
pertatem spiritûs & rerum, per  
contemptum & humilitatem ducit  
ad salutem, & perfectionem: hæc  
amplectenda.

**Verba Scripturæ sacræ.**

Nosce te consummata Justitia est, & scire Justi-  
tiam & virtutem tuam radix est immortalitatis  
Sap. 15, Hæc



Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Jesum Christum Joan. 17. 3.

Ego sum via, veritas &, vita Joan. 14. 6.

Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, anathema sit 1. Cor. 16. 22.

Omnia & omnibus Christus. Colloq. 3. 11.

Nunquid est cor tuum rectum, sicut cor meum 4. Reg. 10. 15.

Factus est nobis sapientia à Deo, & justitia & sanctificatio, & redemptio 1. Cor. 1. 30.

In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei Discipuli. Manete in dilectione mea Joan. 15. 8.

Vivo autem jam non ego, vivit verò in me Christus Gal. 2. 19.

### Legenda.

Ex Thom. Kemp. l. 2. c. 1. & 8. l. 3. c. 3 7. 23. 32.

Lib. Exerc. Regulæ pro discer. spirit. pro secunda Hebd.

Lancitio Op. 3. c. 3. opusc. 17. lib. 2. op. 6. c. 9.

Rodericio p. 2. Tr. 7. de Thesauro in Cristo.

Nieremb. de Adorat. l. 2. c. 3. l. 3. c. 1. & c. 1. 4. cap. 3.



### Dies sexta.

#### DE VITA CHRISTI APOSTOLICA.

**N**E sterilia sint, aut tarda vitæ perfectioris proposita, sive concepta ex præcedentibus, sive concipienda ex secuturis; addit S. P. meditationem



nem de tribus hominum Classibus; quæ parabola est, explicans; partim quomodo quidam sese malè habeant circa res decernendas, & exequendas salutis necessarias; partim quomodo circa easdem rectiùs habere nos debeamus.

## Meditatio prima

### DE TRIBUS HOMINUM CLASSIBUS.

*Oratio preparatoria pro more.*

*Prælium primum. Fiat propositis vice historia tribus hominum classibus; quarum unaquæque decem millia ducatorum alio quàm divini cultûs, & amoris studio sibi paraverit: nunc autem placatum habere Deum & salva fieri exoptet, sublato utcunque noxio affectu rei partæ, utpote salutis impedimento.*

*Secundum. Est loci cujusdam imaginaria constructio, in quo videam meipsum coram Deo, Sanctisque omnibus cum desiderio astantem, atque perseverantem, quoniam pacto, ipsi Deo placere queam potissimum.*

*Tertium est optata rei petitio, nimirum gratiæ, per quam id eligam, quod & Deo acceptissimum & mihi saluberrimum futurum sit.*

### Intellectus.

### Voluntas.

#### Punctum primum.

*Memoria proponit primam classem hominum; quæ optat quidem acquisita rei exuere affectum, ut conciliari Deo possit; sed media debitaque adminicula, usque*

*(a) Horror, contemptus, & abominatio istiusmo-*

*ad*



*Intellectus.*

*ad horam mortis toto vitæ tempore non admovet.*

*Intellectus* considerat; quàm hæc classis malè agat & perniciosè; idque ex luminibus præcedentium meditationum: quàm malè pro nostri finis ultimi necessitate summa & unica ( Die prima Med. 1. 2. 3. ) pro rerum creatarum vilitate & nihilo d. 2. Med. 2. 3. pro peccatis tum expiandis, tum cavendis d. 3. pro sua morte, judicio, æternitate: pro Christi amore, meritis & exemplo d. 5. (a)

Præterea considerat, quæ sint hujus noxiæ remoræ radices & causæ? sunt, nimis exigua æstimatio & amor Dei, & finis, est nimis amor proprius, amor bonorum, timor malorum temporalium: & aliquando nimis respectus hominum præ Deo. Vide d. 2. in fine Confid. Considerat porro, quod idem valeat in omni negotio salutis & perfectionis &c.

*Concl. pract.* Certò cavendum.

*Reflexio* instituitur, annon tu sis homo ille, atque ex ea classe,

*Voluntas.*

*di ex motivo præsentis V. g. amore finis &c. amore Christi &c.*

(b) *Magna confusio & dolor ex allatis motivis.*

*Propositum contrarium pro contrarii magna turpitudine, periculo, detrimento.*



*Intellectus.*

dum aut de amplectendo vitæ  
statu, aut statûs perfectione agi-  
tur &c. (b)

Punctum secundum.

**S**ecunda itidem affectum malè or-  
dinatum auferre cupit: sed rem  
interim mordicus tenere, ac Deum  
potius trahere ad votum proprium,  
quàm relicto impedimento per con-  
ducibiliorem statû ad illum tendere.

Hoc frequenter contingit, dum  
à re eligenda & meliore abhor-  
rentes, rei alicujus vanæ amore  
nimio detenti, affectum tamen  
rei nos exuere, nobis fingimus,  
ac rationes conquirimus & eò  
trahimus, ut id quod nos volum<sup>9</sup>  
voluntatem Dei faciamus. Inte-  
rim nec rem perniciosam, nec  
ejus effectum unquam depona-  
mus. Quàm malè &c. uti supra  
p. 1. (a) Concl. Reflexio (b)

Punctum tertium.

**T**ertia postremò, affectum insincerum volens abjicere,  
rem ipsam vel tollere, vel tenere aequè parata est, pro-  
ut ad Divinum cultum commodius fore, vel ex Divi-  
no instinctu, vel ex rationis dictamine animadverterit:  
ac interim... illud tantum versat & inquirat, nec aliam  
admittit relinquenda aut retinenda rei causam, præter  
rationem

*Voluntas.*

(e) Gratiar  
Deo pro isto lu-  
mine.

Propositum cer-  
tum.

Colloquium  
eriplex, sicut in me-  
ditatione de duo-  
bus vexillis ad B.  
V. Christum, Pa-  
trem.



*rationem ac desiderium Divina gloria ut quàm maxima sit.*

Intellectus considerat, sicut p. 1. ex iisdem fontibus, sic rectè agi. *Conclusio. Reflexio.*

NB. Hic modus seipsum exstimulandi ad sinceram & citam executionem rei melioris, adhiberi breviter potest in omni meditatione dum decernitur aliquod propositum, ut illud efficax & velox sit.

### DE GRADIBUS HUMILITATIS.

**H**anc materiam præmittit S. P. ante electionem faciendam, vultque ut eam *per diem totum revolvamus* & colloquia addenda crebro agitemus; hac scilicet de causa; *ut ad capessendam germanam Christi Doctrinam affectum nostrum disponamus*, debet itaq; legi meditatè & bene expendi.

Observandum verò, quod hi tres gradus humilitatis sint omnium dictorum & dicendorum, ac exercitiorum S. P. atque etiam perfectionis nostræ brevis quædam epitome.

Primus humilitatis modus hic est, *ad salutem necessarius, ut me penitus subdam Divina legi observanda: utque ne mundi quidem totius oblato mihi Dominio vel extremo vitæ discrimine objecto, transgrediar ex deliberato mandatum ultum Divinum aut humanum, quod quidem peccati mortalis vinculo nos obliget.* Motiva hujus gradûs habentur in Med. 1. 2. die 1. 2. item in Med. de peccatis item d. 4. &c. *Reflexio & Examen.*

Secundus majoris est perfectionis; *ut fixo ani-*



mo ad divitias paupertatem, honorem, ignominiam, breviter vitam ac longitudinem, æquè sim propensus, ubi equalis est Divina laudis & salutis mea occasio, utq; nulla vel humana quantacunque felicitatis vel propriae mortis conditione proposita adducar unquam, ut culpam licet venialem tantum decernam admittere.

Hic gradus habet duas partes, quarum postrema potest ordine considerationis poni prima; scilicet ut nullo proposito commodo vel incommodo culpam venialem admittam. Magnus sanè profectus. Motiva petenda ex præcedentibus & sequentibus Medit. Major est perfectio (quæ est hujus gradus pars prima) si ad omnia bona seu adversa æquè sit propensus animus, ita tamen, si in utrisque appareat equalis occasio Divinae laudis & meae salutis; Qui hoc animo est, magis erit propensus ad eligenda adversa, ubi hæc fuerit melior occasio Divinae laudis & meae salutis, ex Medit. die 1. & 2. Reflexio &c.

NB. Ponitur hoc tamen in gradu secundo humilitatis primo loco; sensus enim hic esse potest: quod secundus modus perfectionis sit; ut sim propensus in adversa quævis eligenda, modò sit ad laudem Dei & salutem meam: atque ideo multum absim, ut alicujus adversi timore aut boni spe, discedam à Dei laude & committam peccatum veniale.

Tertius est modus humilitatis absolutissimæ, ut priores duos jam adeptus, etiamsi nullo superaddito laus Dei par foret, ad majorem tamen imitationem Christi, eligam potius cum eo paupere, spreto, & illuso pauperiem, contem-



*contemptum & insipientia titulum amplecti, quàm opes, honores, & sapientia estimationem.*

Motiva ad hunc gradum, ut felicitatem maximam, nihil mali in eo ponas, esse possunt *primò*: Magnus amor Christi, magnùmque desiderium quàm maximè illi & Deo placendi, & quàm proximè imitandi; Item rationes ex Med. de regno Christi. *Secundo*: Eadem motiva, quæ Christum impulerunt, ut hâc viâ præiret: scilicet cum esset homo, voluit perfectissimè ea arripere, quæ erant ad finem hominis; voluitque summum genus obsequii demissi Deo præstare. Gloriosius Deo est; quod magis arduum ipsi exhibetur, d. 1. Conf. d. 1 Med. 1. 2. 3. Cum etiam assumplisset naturam humanam, & vicem hominis peccatoris; voluit pro infinito delicto, infinito genere supplicii satisfacere d. 3. Accessit summus amor Dei, cui summa omnia impendere voluit summo suo incommodo, seposito omni amore proprio. de hoc inferius. *Reflexio* quousque ego in hilce profecerim. *Colloquium* triplex ad B. V. Christum, Patrem, uti in Med. de duobus vexillis. Hæc enim cum magna perfectio & magnum beneficium sit, monet S. P. ut *suppliciter poscamus... nec non colloquia ista crebrò agitemus.*

## Meditatio secunda

### DE TENTATIONE CHRISTI.

Luc. 4. Matth. 4.

Modus meditandi idem est, qui die quinta:

Med. 2. de Nativit.

*Primò*:



Primò: *Post Baptismum secessit in desertum Christus, & ibi per dies quadraginta, & totidem noctes jejunavit.* Præparatio ad vitam Apostolicam est novus Baptismus, seu emundatio à peccatis & habitibus malis: Deinde secessus, conversatio cum Deo per unionem & orationem, isque non modicus sed frequens. Tertiò afflictio & mortificatio sui, quale erat jejunium.

Secundò: *Ter ab inimico tentatus est: Accedens tentator dixit ei: si filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant.* Noluit repudiatio voluptatis sensuum, etiam in necessariis, scilicet *pane mitte te deorsum.* Noluit; ne ostentaret se filium Dei. Fuga honoris, Humilitas. *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Proponuntur bona mundi. Noluit. Paupertas.

Tertiò: *Angeli accesserunt & ministrabant ei.* Sic Deus istas virtutes compensat: spes, imitatio.

### Meditatio tertia.

#### DE CHRISTI VIRTUTIBUS TEMPORE PRÆDICATIONIS.

**I**Nter Christi virtutes tempore prædicationis, sequentes hæ fuerunt præcipuæ, meditandæ modo eodem, quo superius. Materia desumenda aut ex Libr. Exercitiorum pag. 158. aut ex Evangelio.

Primò: Paupertas. Elegit discipulos pauperes, unde nihil æris, aut subsidii, Matth. 4. Marc. 1. Matth. 9. ipse pauperissimus.

*Secundò:*



*Secundò:* Charitas & studium benefaciendi omnibus, atque ita lucrandi animas. Joan. 2. Matth. 14. reficit quinque millia hominum. Similia sunt varia beneficia in quosvis.

*Tertiò:* Gloriam æterni Patris quærit: vitia amolitur; Joannis 2. *Nolite facere Domum Patris mei, Domum negotiationis.*

*Quartò:* Docet virtutis perfectionem Matth 5. sermone in monte: *beati pauperes, beati mites &c.* Magno zelo gloriæ Divinæ, & salutis animarum.

*Quintò:* Varia itinera & labores.

*Sextò:* Oratio. Matth. 14. Ascendit in montem solus orare dimissâ turbâ. Matth. 17. Colloquium cum Moyse & Helia.

*Septimò:* Miracula Vg. Lazari: Joan. 11. fac supernaturalia omnia agas.

*Octavò:* Interea tamen sustinet multa dicteria: ( *Doemonium habes &c.* ) insidias plurimas, odia.

*Nonò:* Denique omnem virtutem suo statui convenientem invenire quivis in Christo potest.

## Consideratio.

### DE ELECTIONE.

**R**egulæ Electionis omnino præclaræ & Divinæ sunt; in quibus ipsemet S. P. plurimum posuisse, & ad quas omnia alia destinasse videtur. Utiles illæ sunt:

*Primò:* Ad faciendam electionem statûs pro totâ vitâ: imò etiam ad deliberandum de vera fide & Religione, si quis orthodoxam nondum amplexus esset.

*Secundò:*



*Secundo*: Ad confirmandum annuè, & perficiendum sanctioris vitæ propositum.

*Tertiò*: In rebus difficilibus & dubiis per omnem vitam occurrentibus: item in rebus officii bene ordinandis.

*Quartò*: Denique in omni pene actione humana, cum enim ea libera sit, electio est. optimus est, qui elegit & agit optima.

*Advertendum est*, quam remotè, prudenter, sanctè, & efficaciter, ad optimam electionem S. P. animum hominis disponat. Nam, si quis ex medio fine hominis, seriò & supra omnia & solum finem velit: si animo ad omnia cætera indifferente, media non nisi ad finem optima adhibere statuerit: si animũ etiam à peccatis per confessionem, à vitiis per utrumq; examen expurgaverit, & magis magisq; expurget, si seriò novissima præ oculis habeat, atque nunc velit, quod tunc factum vellet: si Christi amore, Christum sequi certò constituerit; si sub vexillo dæmonis mereri prorsus nolit, sed Christi: si inter illos esse nolit, qui volunt & non volunt &c. Si denique ad 3tium humilitatis gradum, Christi amore, aspiret; Si inquam ista præmissa sint & constituta; certò, per Dei gratiam, consequetur bona & sancta electio. Hanc verò electionem factam confirmat S. P. sequentibus meditationibus tertiæ hebdomadæ de passione Christi, ac denique in quartâ hebdomade per amorem & unionem cum Deo.

*Modus*



*Modus eligendi S. P. est, qui sequitur, in quo distinguenda sunt tria: 1. Quid ante electionem: 2. Quid in electione: 3. Quid post Electionem faciendum sit. Habet verò S. Pater duos modos eligendi, qui in unum contrahi possunt.*

*ANTE ELECTIONEM.*

Monet S. P. in Præludio, cavendum esse; ne statum vitæ (idem est de aliis eligendis) mihi primùm constituam, ac deinde statuam in eo statu Deo servire: præposterum est. Primò videndum est, quidnam sit ad majus Dei servitium, ac deinde illud eligendum. Sæpe fit, etiam in actionibus quotidianis; ut aliquis ratione vel affectione merè naturali aut vanâ ductus velit quidpiam V.g. edere, bibere &c. Deinde velit intentionem bonam formare. Non bene. Tunc enim opus illud non procedit purè ex bona intentione; sed intentio & voluntas Dei famulatur præcedenti voluntati & affectioni propriæ. Si quid verò ejusmodi electum esset, per se non malum, nec jam mutabile; mutari saltem præpostera affectio deberet & deinceps meliori intentione agi: ita S. P. in introd. ad elig.

*IN ELECTIONE.*

Primò: *Proferenda est in medium res deliberanda.*

Secundò: *Adducto ante oculos creationis mee sine (aliquando addi potest finis statûs ritè jam electi, vocationis, officii) in neutram declinare partem... parato interim animo, ut ad eam illico partem totus ferar, quam novero Divina gloria & saluti mee fore aptiorem.*



*aptiorem. Med. 1. Punct. 2. idem Med. 2. Punct. Quidquid affectionis tenet; ex solius Dei amore & intuitu proficiatur.*

*Tertiò: Obsecrare Dei clementiam, ut dignè mentem instruere & impellere voluntatem, quocumque potius mihi tendendum sit ibidem Punct. 3. fiet hoc ad Deum & Sanctos, in magna humilitate & agnitione propriæ ignorantia, miseria, periculi, necessitatis.*

*Quartò: Perpendere, quot tandem commoda & adminicula mihi ad finem meum prosequendum accedent ex tali &c... quot ex eodem rursus incommoda & pericula impendent. Præterea, quot per oppositum omissio illo, tam commoda & adminicula, quam discrimina & damna possim expectare.*

*Revocari huc possunt omnes præcedentes meditationes, lumina motiva, & proposita; ita ut ex illis perpendas omnia & in utramque partem ratiocinari possis.*

*Quintò: Considerare, si quis mihi vir amicissimus cui nihil non perfectionis inesse cupiam, occurreret de huiusmodi electione, quidnam ego illi de consulendo maxime essem consulturus. Quo animadvertendo, agendum & mihi ducam, ut suaderem alteri. Med. 2. Punct. 2.*

*Sextò: Mecum insuper reputare, si mors ingruere quem me malle observasse modum in presenti deliberatione. Juxta hunc igitur eligendum nunc esse facile intelligam. ibid. Punct. 3.*

*Septimò: Prospicere non minus, quando pro tribunali sistar judicandus, quo me consilio hac in re usum*



esse vellem. Quo agnito nunc utar, ut eo tempore magis sim securus.

Octavo: Seposito carnis appetitu omni, electionem concludere. Med. 1. Punct 5.

### POST ELECTIONEM.

Electioe factâ ad orandum citò prosilire, & illam offerre Deo, perfectè demum, si ei placeat, recipiendam & stabiliendam.

NB. S. P. Ignatius hebd. 1. add. 10. dicit, quòd utile sit adhibere opera poenitentiae, ad dubii aliqujus, quod nos angit, resolutionem. Tale dubium esse solet in electione.

### Verba Scripturae sacrae.

Charitas Christi urget nos 2. Cor. 5.

Quis nos separabit à charitate Christi? ... certus sum, quia neque mors neque vita, &c. Rom. 8. 35. 38.

Quos praescivit & praedestinavit conformes fieri imaginis filii sui Rom. 8. 29.

Qui non renunciat omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus. Lucæ 14. 33.

Qui non accipit verba mea; sermo, quem locutus sum, ille judicabit eum in novissimo die. Joan. 2.

Ad dandam scientiam salutis. Luc. 1. 77.

### Legenda.

Ex Thom. Kemp. l. 3. c. 25. 26. 27.

Libr. Exerc. de victu temperando. NB. aliis applicandum Reg. de distrib. Eleemos.

K

Lancit.



Lancit. op. 3. c. 9. Opusc. octavo toto op. 6. c. 12.  
 Roderic. p. 3. Tr. 1. c. 12. de zelo an. ibid.  
 Tr. 3. de Humil  
 Nieremb. de ador. l. 2. c. 6. 8. 10. 11, de Hu-  
 milit. l. 2. c. 15. 16. &c.



## Dies septima.

### DE CHRISTI PASSIONE.

**S**Equentibus meditationibus de Christi Domini  
 Passione integram hebdomadem tribuit S. P.  
 Ignatius. Minus potest illis tempus tribui pro cu-  
 juscunque conditione & utilitate.

Duo præcipuè in hac materia expendenda sunt  
 quæ duplicem fructum exigunt. *Primum* est,  
 magnum & incomprehensibile argumentum amo-  
 ris in nos Dei & patientis Christi: cujus fructus  
 sit amor mutuus, compassio, tristitia, ut ita amanti,  
 amatoque interiùs conformetur; sequaturque  
 etiam inde studium placendi magis & proximè  
 imitandi. *Secundum* est, clarior exhibitio eorum,  
 ad quæ Christus exemplo suo, pro Divina gloria  
 & nostra salute ac perfectione præivit; derelictio-  
 nis, contemptûs dolorum ac ipsius mortis. Quo-  
 rum fructus sit, ut eadem in Christo amplecta-  
 mur ac toleremus, nempe exteriùs conformandi  
 in passione; confirmemus etiam ea, quæ in me-  
 ditationibus superioribus, & in electione sunt de-  
 creta secundùm omne genus virtutum, & qui-  
 dem



dem tantò firmiùs ac promptiùs, quò hæc sunt graviora. Vide P. de Ponte Med. p. 4. introd.

Methodus passionem Domini meditandi, quam hìc tradit S. P. observari etiam aliàs potest, cum de eadem passione meditandum est.

NB. Addi in omnibus potest, quod S. P. habet die septimâ hìc pag. 125. *qua fuerit beata Maria solitudo, desolatio qualis, & quanta afflictio.*

## Meditatio prima.

### DE CHRISTI AGONIA IN HORTO

Matth. 26. Luc. 22.

*Oratio preparatoria:* Præludium primum & secundum pro more consueto.

*Præludium tertium:* Ut petam dolorem, mæstiam & fletum, meque affligam &c. S. P. p. 4.

Item petitio doloris, indignationis, confusionis: eò quòd ob peccata mea summus omnium Dominus tantis se tormentis ita objiciat. Prælud. 3.

*Procidit in faciem suam orans & dicens: Pater mi, si possibile est, transeat à me calix.* Matth. 26. 39.

*Factus in agonia prolixius orabat.* Luc. 22. 43.

*Factus est sudor ejus sicut gutta sanguinis &c.* v. 44.

### Intellectus.

#### Punctum primum.

**M**emoria proponit personas scilicet Christum & discipulos. &c.

*Intellectus & Voluntas debent inde aliquid in usum proprium*

### Voluntas.

*Affectus, si unquam aliàs, debent hìc esse summi ob rei magnitudinem, & Divini amoris.*

*adducere.*



*Intellectus.*

*adducere.* Et quidem hic videri possunt Apostoli dormientes; Christus anxius &c. cur hic anxius, agonizans, non item illi? videbat, sciebat, æstimabat eventura mala Christus, causasque dolendi: non satis videbant illi. (a)

*Disce:* ideo ad res magnas & Divinas amore aut timore sufficienti non afficimur; Quia non satis cognoscimus.

*Reflexio* ad te & materias præcedentes &c. NB. Persona Christi, ejusque innocentia, perfectiones, in infinitum augent præsentia mysteria patientis. Est Deus: & omnis creaturæ princeps, generis humani caput, & delitium, omnium amans.

Punctum secundum. *Audire, quid loquantur, scilicet: Pater mi!*

*Disce:* etiam in adversis amare & colloqui Deum ut patrem, & in patre confidere. (a)

Punctum tertium. *Attendere, quid agant. Orat. &c.* Orare est remediū & solatium malorum. (a) NB. Fructus sic decerpendi, sunt omnis generis veritates, divinæ virtutes, & fuga vitiorum, nego-

*Voluntas.*

(a) In puncto 1. 2. & 3. eliciuntur affectus congrui personis & objectis occurrentibus pro more aliarum meditationum.

(b) Fides præsens & viva, admiratio summa & rei, & persona, & amoris.

Horror poenarum in isto corpore Divino & amabilissimo &c.

Tristitia, horror & compassio maxima & intima. hac dignus est suâ innocentia & amabilitate. At etiam dignior; quia amans tui; quia amore tui tenerrimo & supplicio tuo quia ex malo à te accersito, quia in summum tuum & æternū bonum: tium



*Intellectus.*

tium aternitatis, gravitas peccati, zelus animarum, amor &c. Item Reflexio ad materias omnes Exercitiorum.

NB. Hac brevius agenda, quia non sunt primarius finis: sed sequentia puncto 4. 5. 6.

*Punctum quartum.* Adverte re quid Christus patiat, quid exterius, quid interius, quibus actibus internis erga Deum, homines & te.

*Intellectus* expendit, nihil hic esse nisi stupendum, horrendum, summum, à nullo satis nisi à Deo aestimandum; tum ex parte personæ, quæ patitur, Divinæ & innocentissimæ & tenerrimæ: tum ex parte tormentorum, sive animi, in abyssu tristitiæ, timoris & afflictionis desertissimi, sive corporis, omnium sensuum, membrorum &c. atque horum varietate, multitudine, atrocitate, duratione per summos dolores, contemptus, confusiones, in omni genere mali, contra omne genus boni, ab hostium omni genere & ferocissimo; ab inimicissimis dæmonibus ab ipso Deo.

K. 3.

*Voluntas.*

quia omnium loci & causâ solus affligitur: ob multitudinem peccatorum & poenarum, quæ in illum solum incumbunt; nempe peccata & damnatio omnium, & tua. Compassio amore patris ejus & matris. Complexus tam amantis: Suspiria querela, & alloquium vulnerati & tristis animi, de dolore & causa doloris.

Magnus, intimens amor veri sponsi sanguinum, magnus pro magnitudine amoris & passionis.

Desiderium leniendi, patiendi unâ cum ipso imitandi, abdicandi, omnes deinceps de-

lumen.



*Intellectus.*

fumente triste supplicium, in rigore  
justitiæ infinitæ, de toto genere hu-  
mano & infinitis ejus sceleribus loco  
æternæ damnationis, in uno & inno-  
centissimo omnium creaturarum ca-  
pite, & homine Deo. Hæ nunc &  
per totam vitam durarunt saltem in  
memori & præsentem ad futura ani-  
mo. Omnia magna loquuntur ma-  
jorem his omnibus Christi amorem  
in Deum & in te! (b) Et cum amo-  
re subjectionem in omnem volunta-  
tem & intentionem Dei.

Punctum quintum. *Meditari, quo  
se pacto abscondens Christi Divinitas, ad-  
versarios suos, cum valeat, non perdat,  
sed pœnas adeo crudeles pati sinat huma-  
nitatem.* Quo modo, quo motivo,  
quâ voluntate, Divinitas humanita-  
tis Christi tam amans, in tam amatam  
tam dura sit, cæterum in alios tam  
misericors & bona &c. Cur rem tam  
gravem imponat, quæ gravior est,  
quàm si omnes aliæ creaturæ crucia-  
rentur æternum. Cur ista? facit er-  
gò hæc, peccatum, damnatio, salus,  
æternitas, animæ pretium, finis ho-  
minis, amor tui & hominum, amor  
Christi ejusque gloria, excellentia  
Dei ejusque gloria. Quanta ergò

*Voluntas.*

*littias, hono-  
rem &c. pro  
dolore placen-  
tissimum ob-  
sequium sem-  
per præstan-  
di. NB. Ad-  
verte ad af-  
fectus Dei,  
B. Virginis,  
Angelorum,  
Sanctorum,  
& conare  
imitari.*

(c) uti sup.

(d) *Confu-  
sio tui maxi-  
ma, quia tuo  
loco patitur  
tantus Deus,  
tuo tam vi-  
lis nihili,  
tue turpitu-  
dinis & pec-  
catorum causa*

hæc



*Intellectus.*

hæc sunt, quorum causâ tanta permittit! (c) Itaque voluit Deus tale genus redemptionis & salutis humanæ; ex quo in tempore & æternitate existeret 1. summum & infinitum genus gloriæ, reverentiæ & obsequii divini, tum ab ipso Christo, tum ab omni rationali creaturâ: Digna insuper & summa abolitio & fuga horrorque peccati. Hinc & personam Divinam & modum elegit, ex quo infinitæ Dei perfectiones (& absolutæ & respectivæ: vide die 8tav. Confid.) in summo gradu apparent & honorarentur & gravitas peccati pateret. Is modus erat crudelis passio & mors Dei-hominis. 2. Voluit hanc gloriam, hoc obsequium cedere in summam felicitatem ipsius, qui illud exhibebat, scilicet Christi, idque hujus amore maximo. 3. Voluit inde emergere summam expiationem, exemplum & felicitatem hominum, maximè electorum; loco mali infiniti culpæ & poenæ, idque horum magno amore. Ideo Divinitas poenas adeò crudeles pati sinit humanitatem.

Punctum sextum. Cogitare, cum talia ferat pro peccatis meis, quid agere

*Voluntas.*

Ob modicam gratitudinem, sensum & compassionem tuam: ob amorem nimis modicum: ob contrarios mores tuos sensualitatis; superbia: ob peccata & renovationem doloris. Contritio &c odium tui.

Gaudium & spes magna in tanto tui amore (adhuc permanente) & profusâ bonitate.

Amor, desiderium & studium val-

debeam



*Intellectus.*

*debeam aut pati ejus causâ.* Hæc est velut conclusio practica ex duobus præcedentibus punctis: Ut hic renovem proposita aliàs concepta in magna perfectione virtutum, eaque augeam maxime amore prompto ad contemptum, dolorem & adversa maxima, ut Christo simillimus, Christo valde placeam & Deo.

Reflexio &c. (d)

NB Aut propter tua peccata Christus patitur, aut nullius, aut à te, aut à nullo. Ita tui amore, tuo fructu, acsi tuo solius, ita propter tua peccata, acsi tua solius. Eodem animo hodie est in te Christus, ac tunc. Aut tu debes esse gratus, compati, dolere; aut nullus. Aut non aestimas, non amas, aut magnum aliquid vicissim est desiderandum, petendum, agendum, patiendum.

*Meditatio Secunda.*

**J**ESUM flagellis cædi jussit Pilatus: Milites eundem spinis coronârunt, atque purpurâ induerunt, deinde irridentes dicebant ( Ave Rex Judæorum ) & colaphos simul impingebant.

Exiit Jesus portans coronam spineam, & purpureum vestimentum: & Pilatus dicit illis: Ecce homo. Pontifices verò conclamabant: Crucifige, crucifige eum. Ex Matth. 27. Luc. 23. Marc. 15. Joan. 17.

Verba sunt S. P. quæ meditanda sunt modo eodem, quo facta est meditatio prima.

Medi-

*Voluntas.*

*de placendi & serviendi.*

(d) *Propositum & colloquium more consueto.*



## Meditatio tertia.

**I**Nter duos latrones crucifixus fuit, adscripto titulo: JESUS Nazarenus, Rex Judæorum. Joan. 19.

Blasphemias sustinuit in cruce, sitim: derelictum se questus à patre. Exspiravit. Sol obscuratus Matth. 27. Luc. 23. Joan. 19.

Modus idem, qui superius. Plura si quis velit de Domini passione meditari; materiæ petendæ sunt aut ex libello Exercit. pag. 171. &c. aut ex Evangelio.

## Consideratio.

Praxis sequendi Christum ad salutem & perfectionem.

**P**rimò: Ex Christi sincero amore studioque conformitatis, quâ & Deo valde places & Christo & toti cœlo, aut statuendum est de vitæ totius statu, aut quod bene constitutum, confirmandum est; aut emendandum quod malè.

**S**ecundo: Concipienda est Christi alta & dulcis æstimatio, magnus velut præsentis amor. Æstimanda magna felicitas, gloria & gaudium, quæ in eo sita sunt, quod Christo amantissimo conformis & Christo placeam & Deo, summo hujus vitæ & æternæ fructu, ad Dei æternam gloriam. Hinc existat par æstimationi & amoris spes & desiderium imitandi in omnibus Christum (ex Med. 1. die 1.) & hæc quidem tempore matutino, quo etiam statuenda, offerenda, petenda sunt sequentia per diem totum exequenda. *Ter.*



*Tertiò:* Renovanda hæc quidem aliquoties per diem: per decursum verò diei, in eadem æstimatione, amore & desiderio habendus frequenter ob oculos Christus, ejúsque sanctum exemplum; ita ut in omnibus hoc agam, hâc intentione, perfectione & modo interiore & exteriori, quo idem aut egit aliquando Christus aut nunc acturus esset.

*Quartò:* Hâc ratione exigenda primùm ea sunt, quæ ad quemvis spectant piè Christianum: tum *erga Deum*, tum erga proximum, tum in seipso: Timor, veneratio & amor Dei atque ad omnem ejus voluntatē profunda permissio: innocentia & puritas ab omni peccato in omni vita, actione, intentione: contemptus mundi & omnium rerum terrenarum præ coelestibus & æternis: Paupertas spiritûs: abnegatio & expugnatio amoris proprii: Studium placandi Deum pro peccatis & pœnis: abjectio omnis respectûs humani: resignatio in omnem Divinam voluntatem præsentem & futuram, omnesque ab illo certò provenientes varios eventus: oratio pia, multa, & humilitate & contentione vehemens. Amor proximi, humilitas, mansuetudo, affabilitas, sinceritas, tolerantia & excusatio defectuum, desiderium benefaciendi ac ipsius salutis: erga proximum quemvis: amor etiam inimicorum: modestia oculorum, oris, loquelæ, incessus ac totius hominis: temperantia in omnibus, maximè ad quæ caro trahit: patientia in omnibus adversis &c.

*Quintò:*



*Quinto:* Christi amore singulari & exemplo ad gradum usque magnum perficiendæ sunt virtutes, religiosæ professioni propriæ: scilicet Paupertas, Castitas, Obedientia, Solitudo, Silentium, Vita communis, legum domesticarum Observatio, Perseverantia &c. Idem sit de statu Ecclesiastico, ejusque omni decore interno & externo.

*Sexto:* Assurgere etiam altiùs possumus pro magnitudine amoris & imitandi placendique majori desiderio, ad valde difficillia & ardua & dura agenda & præcipuè toleranda, & quidem libenter ac cum gaudio, gratiarum actione & desiderio plurimum: aut si etiam gaudium spirituale inter tolerandum Deus subtraheret (uti Christo in horto subtractum est & alibi, cum se derelictum & tristem ad mortem querebatur) tolerandum saltem summâ voluntate. Magnum Dei & Christi beneficium est, accipere à Deo tolerandos magnos, multosque contemptus & dolores, magnum pro Dei gloriâ & nostro fructu, non nisi magnis amicis communicari solitum; pati cum Christo amore Christi. Dignus quidem per te es omni malo & contemptu: at quatenus Christus ea suo exemplo & merito tam nobilia fecit & Divina, magnâ gratiâ, amore, gloriâ compensanda, magnum bonum & beneficium sunt, quo indignus es. Toto animo abhorrendum est ab eo, à quo Christi vita abhorruit & exemplum, ab honore & commoditatibus, divitiis, delitiis: tantum abhorrendum est, quàm carus & amatus est Christus: tantumque amanda adversa & contemptus



temptus maximi & publici, & majores & minores. Hæc speranda, expectanda, desideranda, quærenda, imò à Deo petenda sunt. Minimis, obviis, quotidianis, perpetuis, spontaneis mortificationibus præparandi sumus ad majora. Tantum tibi deest amoris & fiducia in promittentem Christum, quantum abhorres accipere & petere (modò non obsit gloriæ Divinæ, aut tuæ vel alterius saluti) vilissima & difficillima.

*Septimò:* Imitari etiam debemus Christum in zelo animarum, eique cooperari ad salutem animarum; ne hæc suo Creatori & Redemptori pereant in æternis doloribus. Negotium ergò animarum, & opus quodvis earum causâ susceptum (qui opere ipso huc conferre nihil potest, conferat multis orationibus & meritis) primùm aggredi debemus *sanctis desideriis & orationibus*. ut ait S. P. alio loco: desiderare scilicet illud Regis Christi Med. 1. die 5. *in animo mihi est: mea hæc est justissima voluntas totius mundi dominium mihi (Christo) vindicare*, ereptis multis ex inferno animabus, augere, implere numerum electorum & prædestinatorum à Deo, & in totam quam sibi Deus destinavit æternam gloriam, idque Dei causâ & animarum propter Deum. Neque hoc conamur vanè. Veluti unicus miles desiderat & intendit totam magni Exercitûs victoriam, eoque confert, quod summum optimûmque est, consors totius postea triumphi. Deinde spectemus & illud: *mibi vindicare*, hoc est Christo. In omnibus enim, quæ ages animarum causâ, dicit Christus;

stus;



stus: *mihî fecistis*, (uti etiam ipse Deus) meæ bonitati, meo sanguini, meæ gloriæ &c. Tertio, non alio vestitu rebûsque aliis velut armis quàm Christi utendum: non alio modo & exemplo: nec vestiatur actio, nec tu ipse malâ affectione sensualis amoris, commodi, vanæ auræ, &c. hæc sunt insignia & arma inimici, tantùm certò deperditur, quantùm horum assumitur. Quarto: *Mecum laboret*: rogandus Christus Dux, magnâ fiduciâ, ut tecum sit, qui aliàs nihil potes. Quinto: *Mecum laboret* Christo conjunctus toto intellectu & voluntate ad exemplum Christi in simili actione, pari intentione, modo, labore, charitate, constantiâ. Sexto: *Mecum, inter multa adversa*, labores, dolores & contemptum. Septimò: *Mecum*, cùm hæc egeris, eventum cæterâque omnia in magna quiete, commendare Deo & Christo tecum laboranti, omnique curaturo bene.

*Octavo*: In quacunque versetur aliquis viâ vitæ spiritualis, sive purgativâ, sive illuminativâ, sive unitivâ; plurimum, exempli & commodi petere potest, tùm ex vita, tùm maximè ex passione Christi. Discet enim, quanti Deus ipsemet æstimet finem hominis; quantum sit peccatum: quâ poenitentiâ hic expiare culpas debeat & poenas, &c. similia in in aliis viis perfectionis.

*Nonò*: Denique sic in omnibus & minimis agendum, ut omnis tua actio coram Deo appareat ut Actio Christi, intentione, re, modo, perfectione, unione.

NB.



NB. Quodnam in hac Divina materia sit impedimentum, quis profectus. Impedimentum est penè solus amor proprius, nolens à commodis suis recedere; nolens incommoda suscipere. Deinde vanus respectus, amor, timor hominum.

Profectus esse debet: augere semper cognitionem Christi, perfectionum ejus & amoris in nos, hæc ipsa legendo, meditando & orando, idque indies & persæpe V.g. Tempore meditationis, communionis, occasione Dominicæ Passionis & specialium beneficiorum &c. Ex cognitione debet crescere amor; ex amore desiderium & studium valde placendi & imitandi: Ex hoc major semper puritas ab omni peccato, umbra peccati & imperfectione; major majorque exinanitio amoris proprii &c. majus studium virtutum, abdicatio major honoris & omnis mundi; majus desiderium contemptûs & crucis; major ad Dei obsequium & animarum salutem labor, major sui ipsius in omnibus afflictio &c.

Præterea ac denique ex hoc Christi amore & imitatione perficienda magis magisque ea omnia sunt; quæ in superioribus sunt dicta, atque imprimis in Confid. die 1. de nihilo §. 3. Confid. die 2. Confid. die 3.

### Verba Scripturæ Sacræ.

Aspicientes in authorem fidei & consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contemptâ. Hebr. 12. 2.

Christus



Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus. 1. Pet. 2. 21.

Semetipsum exinanivit. Phil. 2. 7.

Communicantes Christi passionibus gaudete, ut & in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est ejus Spiritus, super vos requiescet. 1. Pet. 4. 13. 14.

Videte, si est dolor, sicut dolor meus. Thren. 1. 12

Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Rom. 5. v. 7. 8.

Si sustinebimus & conregnabimus. 2. Tit. 2.

Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus: Matth. 10. 38.

Qui vivunt, non jam sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est. 1. Cor. 5. 15.

Amor meus crucifixus est S. Ign. Mart. in epist. ad Roman.

### Legenda.

Ex Thom. Kemp. l. 3. c. 34. 47. 49. 50.

Libro Exerc. Regulæ, ut cum Ecclesia sentiamus. 207.

Lancit. Opus. 11. c. 22. op. 3. c. 5. 6. op. 9.

Roderic. part. 2. Tr. 7. Tr. 3.

Nieremb. de. ad. l. 2. c. 5. c. 7. 9. 11.

Dies





Dies octava.

Quæ sequuntur proponit S. Pat. hebdomadâ quartâ suorum Exercitiorum, spectantque ad perfectionis *viam unitivam*. Hujus vitæ scopus est *unio* cum Deo, unionis in cœlo perfectæ quoddam in hac vitâ principium & imitatio, quæ potest semper hic esse perfectior & perfectior. Unionis hujus opus & fructus est; ut animus totâ memoriâ, intellectu & voluntate Deo conjunctus sit, ideóque cogitet non de se, non de creaturis, sed de Deo solo & Divinis perfectionibus; æstimet non se, non creaturas, sed solum Deum; amet non se, non creaturas, sed solum Deum; agatur in homine non ductu naturæ aut creaturæ sed Dei; ut agat & patiat non ad suam vel hominis sed Dei voluntatem. Unde consequitur, ut in ista unione annihilentur quasi cætera omnia, ac pro nihilo tractet homo se & creaturas; ac porro obtineantur, & perfectiùs quidem ea omnia, quæ ab initio Exercitiorum intenta sunt in unione illa major laus, amor & veneratio Dei; vita ab unito Deo purior à peccatis & imperfectionibus, virtutes magnæ & Dei-formes, zelus animarum ad gloriam Dei, Divini zeli imitatio, abnegatio omnis boni proprii, rerum difficillimarum, amore Dei & aggressio & patientia lubentissima, secundum omnem & solam Dei amati & uniti optimam voluntatem.

Ad



Ad hanc *unionem* ducit S. P. primùm intuitu, amore & complexu Christi in gaudiis suæ resurrectionis, velut in atrio gloriæ æternæ & præmii, &c. ut in hoc obliti & nos & terrena, nullo aliorum gustu, sola æterna & Christum spectemus, tanto ad quævis perfecta & ardua promptiores. Secundò: Ducit ad beneficia divina, quibus cum sentiamus Deum nos amantissimè complexum & multa magnâque nobis bona exhibuisse; mutuo eum complectimur & bene volumus Deo, nullo peccato avellendi nullâ difficultate, sed magna & acceptissima quæque exhibitori. Tertio in illa unione & complexu gratitudinis discimus etiam Deum sine suo lucro, puro amore nos felicissimè complectentem: ut ascendamus & nos ad amorem purum Dei & perfectum, purè propter se in suis perfectionibus; ad amorem & benevolentiam quam meretur, etsi nihil nobis fecisset nec factururus esset boni.

Huc pervenire, non est quidem opus brevis temporis: principium tamen & fundamentum hinc à S. P. datur, ex quo per studium exercitationis & orationis sedulæ, magis magisque, etiam dum in aliis viis exercemur, proficiamus.

## Meditatio prima

### DE RESURRECTIONE CHRISTI.

*Oratio preparatoria juxta morem.*

Præludium primum accipitur ab historia. *Quomodo, postquam exspiravit Dominus in cruce, sepulto corpore sed Divinitate semper sociato, ipse in anima,*

L

Divi-



Divinitati quoque continuè unita, descendit ad inferos, ereptisque inde animabus justorum, rediens ad sepulchrum, corpus cum anima denuò univit, ac resurgens demum apparuit Beatae Virgini Matri suae vivus, ut piè ac verisimiliter credendum est.

Secundum: Pro constructione loci: speculandum accipiet sepulchri situm & Beatae Virginitis domicilium, ejus formam, partes & reliquam dispositionem &c.

Tertium: Continebit gratiam petendam, ut scilicet immensum Christi & Matris gaudium participemus.

### Intellectus.

#### Punctum primum.

**R**epresentat personas: ad cadaver Christi omni miseriam deformatum, stupentes animas praesentes è lybo cum Christo reduces, stupentes tum Christi praeterita tormenta, tum ejus & Dei amorem: tum delicti expiati gravitatem: denique subitam gloriam redivivi Christi: Divina omnia. Et inde Jesus ad Mariam, occupatam in extatica meditatione, & dolore ex mortuo Jesu. Hujus stupor subitus viso Jesu tali, & in isto comitatu tot Angelorum, tot animarum. Gaudium Jesu & Mariae. (a)

Intellectus expendit, tanta ea fuisse, quanta fuit causa. Quan-

### Voluntas.

(a) Admiratio, stupor, in istis omnibus velut praesentibus & magnis. Imitatio affectuum quos praesentes seu anima, seu Angeli, seu Mater Christi, seu ipse Deus habuit viso JESU vivo.

Gaudium tum de praeteritis tunc malis, tum de praesenti felicitate:

Gratulatio post tanta mala de omni fructu in se & aliis.



*Intellectus.*

ra verò? Omnia Divina: omne ob-  
jectū omnis gaudii; facies, pulchri-  
tudo &c. satus gloriosus immorta-  
lis & Divinæ gloriæ. Contraria  
præcedentia augent gaudium. (a)

*Conclus. pract.* Debeo & ego, cui  
datum est hæc per fidem videre,  
cum ipsis, totius generis humani,  
omnis creaturæ & meâ causâ gau-  
dere: omne aliud gaudium mundi  
spernere & oblivisci, melius olim  
cum his ipsis coram gavifurus in  
in cœlis (b) *Reflexio* uti aliàs.

*Punctum secundum:* Verba gra-  
tulantium & gratias agentium, su-  
bitò redivivo Christo. Quæ ver-  
ba, quantæ dulcedinis & gaudii  
mutui? &c. uti punct. 1.

*Punctum tertium.* Opera: Com-  
plexus, & multa adoratio. &c.

*Punctum quartum.* Animadver-  
tere, quomodo Christi Divinitas, pas-  
sionis & mortis tempore abscondita,  
palam se faciat in resurrectione, ac tot  
miraculis deinceps elucescat. Adver-  
te & expende primò fructum à  
Deo intentum per passionem (de  
quo d. 7. m. p. 5.) scilicet gloria  
dignitatis, hæc elucet. Alter fru-  
ctus pro humanitate Christi ejusq;

*Voluntas.*

*Desiderium,*  
spes, coram vi-  
dendi Jesum.

*Gaudium cum*  
beata V. Ma-  
ria: eidem gra-  
tulatio, enume-  
rando singulas  
causas gaudii.

*Similia ad Ss.*  
*Gaudium in fi-*  
de, spe magna,  
& amore. Pre-  
catio ut te fa-  
ciat Christus in  
hac & in altera  
vita particip. in  
spretis manda-  
nis.

(b) *Pro more.*

(c) *Craru-*  
lare etiam Di-  
vinitati in ma-  
gna admiratio-  
ne statum uni-  
tæ humanitatis.

*Magna gratia-*  
gloria



*Intellectus.*

gloriâ, quibus perfectionibus Divinis hæc aguntur! quomodo communitatis humanitati? quo affectu in humanitatem? quo sensu, honore, gaudio Christi? quibus excusis? certò nimirum compensat Deus adversa felicibus, brevia æternis & Divinis, majora majoribus (c.

*Conclus. pract.* Et Deo & Christo valde gratulandum gaudio magno; tibi concilianda etiam Divinitas pro simili gloria per Christi imitationem.

Punctum quintum. *Æstimare, quàm prompto copiosoque functus sit Dominus consolandi suos officio, adhibitâ consolationis, quæ ab amicissimo quodam præstari potest, similitudine.* Expende & adverte fructum tertium passionis Christi (de quo, d. 7. m. 1. p. 5.) scilicet in hominibus, maximè amicis. Expende amorem & curam de suis, præsentiam, alloquium, familiaritatem, solatium, subsidium, communicationem, instructionem, promissionem suavitatem &c. idque nunc præstitit in primis B, V. Matri suæ. Occurrit nunquam talis filius tali matri, tali mutuo amore & gaudio, post tan-

*Voluntas.*

*rum actio pro Christo. Desiderium, & spes similium &c.*

(d) *Magnus amor mutuus in Christum.*

*Gaudium, gratulatio utrisq; fiducia, desiderium similis amoris.*

*Abdicatio omnium aliorum Conatus multa & magna.*

*Cætera pro more.*



ta mala, tali solatio sermonis, & personæ; & complexus &c similia exhibebit aliis, prout quisque laborum ac molestiarum socius extiterit. ( d )

*Conclusio practica:* Christo socius esto perpetuus; esto animo unitus, atque opere, interno simul & externo; Socius passionum, futurus particeps & solatii & gloriæ.

*Reflexio pro more.*

Materia pro pluribus similibus meditationibus ex lib. Exerc. pag. 178. aut ex evangelio petenda est. Addi præ aliis posset meditatio de ascensione Christi in cœlum ad delibanda cum Christo cœli gaudia.

## Meditatio.

Ad amorem spiritualem excitandum.

**S**Copus hujus meditationis est, quem ponit S. P. in præludio secundo ut *ad amorem, cultum & servitium ipsius ( Dei ) totum me impendam*, scilicet, quod ab initio Exercitiorum propositum, & variis motivis agitatum, ut idem ipsum in fine perfectiùs consequamur, & quidem per viam amoris & unionis spiritualis. Hujus viæ proponit 4. gradus, totidem punctis hujus meditationis. *Primus* gradus est: ut ex beneficiis redamem amantem Deum, & me totum illi consecrem. *Secundus:* Ut hæc mei consecratio & amor fiat in magna perpetuâque unione mei intellectus cum Deo præsentem, quem ubique inveniam & amem. *Tertius:* Ut eadem adhuc perfectiùs fiant; dum in unione intellectus & animi, & voluntatem



unio sit etiam laboris & actionis, & divina quædam fiat actio omnis mea, & passio, in plenissima conformitate. *Quartus:* Ut ascendam ad summas Dei perfectiones cognoscendas & amandas, ibidemque exercendo perfectius superiora omnia in suprema Dei bonitate acquiescam.

Dividetur hæc meditatio in duas partes, quarum altera sit secunda meditatio hujus diei, altera loco tertiæ meditationis.

## PARS PRIMA

*Oratio preparatoria pro more.*

Prælidium primum est: *Ut coram Domino, Angelis, Sanctisque omnibus mihi propitiis, stare me videam.*

Secundum. *Ut gratiam Dei efflagitem, per quam beneficiorum ejus in me collatorum magnitudinem perspiciens, ad amorem, cultum & servitium ipsius, totum me impendam.*

### Intellectus.

#### Punctum primum.

**I**n memoriam revocare beneficia creationis ac redemptionis: *Divina itidem particularia, seu privata enumerare.*

*Intellectus* perpendit, eundo per tria ista & singula; scilicet in beneficio creationis naturalia; in beneficio redemptionis supernaturalia omnia; particu-

### Voluntas.

*Fides certa & Divina de omnibus à Deo, divino magno affectu &c. profectus.*

*Admiratio pro rerum affectu, Dantis, tuæ indignitatis magnitudine.*

laria



*Intellectus.*

laria etiam naturalia & supernaturalia cognita & ignota, hæc plurima & magna, ( de his etiam actum die 2. medit. 1. )

*Quantum meâ causâ benignissimus Dominus egerit, atque pertulerit; quantum mihi elargitus sit de thesauris suis, quòdque juxta Divinum suum decretum & beneplacitum, seipsum mihi, quantum potest, donare velit.* Quid potest melius & dulcius facere Deus, quàm omnia tui causâ agere & pati, & sua omnia dare & seipsum.

Ista omnia & minimum quodvis beneficium in immensum & infinitum augetur, quod fit; primò ab infinita excellentia & amabilitate dantis: vide *Cons.* 1. 2: secundò ab infinita propensione & amore dantis: dulcis Dei dulcis amor: æterni Dei æternus amor &c. tertio ex puritate infinitâ amoris, quia datur sine omni indigentia & intrinseco lucro dantis.

4. Ab infinitate finis, cujus causâ datur, scilicet æternæ in Deo felicitatis.

L 4

*Voluntas.*

Humiliatio tui *præ horum magnitudine.*

Adoratio & familiaris confessio donorum, bonitatis &c.

Gaudium supra omne gaudium de tanto bono.

Spes de futura bonitate, fiducia & solatium.

Gratia magna ad singulas Dei perfectiones, ad beneficia singula & in singulas conditiones augentes. n. 1. 2. 3.

Agnitio, quod nunquam possis sufficientes gratias agere.

Gratia cum Christo, per Christum B. V. & Ss.

Ab



*Intellectus.*

5. Ab infinitate mali, cujus loco datur, essem enim sine illo æternum infelix.

6. A quadam infinitate indignitatis in eo, cui datur: scilicet peccatori, nihilo &c. plurima nec petenti, nec cogitanti, nec merenti; dum tot alii meliores damnati sunt, & damnabuntur.

7. Magnitudine beneficii, quod datur.

7. Infinitate fontis, ex quo omnia proveniunt: ex sanguine, amore & meritis dulcis Jesu: ex amabilitate illorum per quos te amat & dat: per Christum, B. Virginem Mariam, Sanctos, Angelos.

9. Quod hæc sint arrha affectus Divini, & beneficiorum plurium & æternorum.

10. Quod tota vita ab æterno sit horum una longa catena, & miraculum bonitatis & amoris in æternum. Denique quod hæc omnia proficiscantur ex inscrutabili abyſſo misericordiae & bonitatis; quod tibi pessimo hæc magna præ tot millenis aliis eveniant damnatis, futuris te multo melioribus.

*Voluntas.*

Desiderium prostandi aliquid valde acceptum & dignum tantis...

Amor Dei absolutus & benevolentia magna, in summo gaudio & gratulatione de omni & infinito bono intrinseco & perfectione sua, non tantum, quia tu gratus esse vis, sed maxime, quia ipse est dignus.

Desiderium & voluntas multi boni extrinseci, & beneplaciti pro dignus:

Magna confusio, & dolor & deprecatio de peccatis, negligentis, amori debito & amantissimo Deo inimicis.

Con.



*Intellectus.*

Conclusio pract. *Quibus optimè inspectis, vertar ad me ipsum, & disquiram mecum, quæ meæ sint partes, & quid æquum justumque sit, ut divina offeram & exhibeam Majestati.*

*Haud sanè dubium, quin mea omnia offerre debeam, ac me ipsum cum summo affectu. Infinita ista infinitum amorem & obsequium merentur.*

An non est summè æquum, honestum, gloriosum, dulce, utile, necessarium, dulcissimo genere dulcedinis & honestatis &c. ut cum summa complacentia bene illi velis, qui tam bene tibi voluit? ut amorem purum illi tribuas, qui te puro amore sine suo commodo dilexit? ut ames eo amore, quo in se, per se, ab æterno dignus, etsi nihil fecisset, eique omne & summum bonum velis, omne beneplacitum agendo, patiando, conformando procures. (a An non contrarium summum iniquitas, dedecus, amaritudo &c. Renovanda itaque ex hoc amore omnia bona proposita. d. 1. m. 3. d. 2. m. 2. 3. d. 5. m. 1. d. 7. d. 6. grad. hum. &c.

*Reflexio pro more.*

*Voluntas.*

*Et quia amor ab operibus magis, quam à verbis pendet, & consistit in mutua facultatum, rerum, & operum communicatione, ut S. P. ait;*

*Renova omnia proposita sancta, dic d. 3. m. cum S. P.*

*Suscipe Domine universam meam libertatem. Accipe memoriam, intellectam, atque voluntatem omnem. Quidquid habeo vel possideo, mihi largitus es: id*



*Intellectus.*

**Punctum secundum.**

**S**i rectè & sincerè amas Deum, quæres sedulò & ubique invenire amatum, uniendus ipsi pro ejus gloria & beneplacito, toto intellectu, quem obtulisti ipsi, & voluntate. Summum & unicum bonum est, summum bonum dulce, & gloriosum, & utile, summo soli omni bono uniri, amanti & amato; atque in unione omnia gratissima præstare, maximè cum amans Deus hanc unionem unicè desideret, & sibi & amato; quid erit disjungi vel uno momento? Invenies autem & in creaturis & in te. Hinc

*Memoria* proponit speculandum **DEUM** in singulis (nullâ exceptâ creaturâ vel eventu) existentem creaturis suis: & elementis quidem dantem, ut sint: plantis verò, ut per vegetationem quoque vivant: animalibus insuper, ut sentiant: hominibus postremo, ut simul etiam intelligant.

*Intellectus* itaque in creaturis (quibus omnis locus & tempus plenum est) per certissimam fidem invenit præsentem Deum; adest enim & inest omnibus intimè, quia

*Voluntas.*

tibi totum restituo, ac tibi prorsus voluntati trado gubernandum, amorem tui solum cum tua gratia mihi dones, & dives sum satis; nec aliud quicquam ultra posco.

(b) *Fides de singulis.*

*Gaudium magnum de DEO tam bono, tam certo & coram invento & semper invenibili.*

*Adoratio, allocutio in omnibus.*

im.



*Intellectus.*

immensus est; quia istic per se, ex se dat, ut sint; quia præsens cuique providet, quia præsens est velut in dominio suo. Adest & inest magnitudine suâ nusquam absente, sapientiâ, voluntate, bonitate, potentiâ suâ id dante singulis, quod sunt & habent, sine quo non essent. Inest, certo consilio quodam Divino & destinatione creaturæ. Adest, quidquid Deus est, sanctissima Trinitas. (b)

*Intellectus* porro considerat; quòd in his omnibus adsit Deus, sed oculo sit animoque ad me converso: tum quia ad meum usum & salutem his ipsis inest, & dat esse; tum quia in creaturis à me vult inveniri & deprehendi, quem videre in se nondum clarè possum; imò in creaturis dat seipsum præsentem. Mox etiam intellectus in & à singulis veluti radiis (totidem innumeris creaturis) ad solem ipsum Deum, versus & abstractus, obliviscitur, negligit, contemnit velut nihilum habet ipsam creaturam, abreptus à creatore deprehenso in creatura. Tum quia præsens est, tum quia dando præsens est, tum

*Voluntas.*

Gratiarum actio de præsentia & tam amica.

Neglectus & oblivio omnis creatura.

Dolor & confusio, quòd Deum tam amicè præsentem non adverteris, neglexeris.

Major dolor & confusio, quòd creaturis, in quibus tam amanter Deus præsens, toties ad peccatum abusus sis.

quia



*Intellectus.*

quia amore tui præsens est, idem ipse, de quo dictum est puncto primo, & talis &c.

*Conclusionem* practicam facit, quòd & totus intellectus & amor, & omne obsequium in eo solo & præsente semper & perfectè, debeat occupari. (b) sicut punct. i.

Puncti secundi pars secunda.

**M**emoria proponit illa verba S. P. *Inter quos* (scilicet creaturas cæteras omnes) *accepi & ipse universa hæc beneficia, esse, vivere, sentire, ac intelligere: meque templum quoddam suum efficere voluit, ad imaginem suam & similitudinem creatum.*

*Intellectus* multò jam propiùs & intimiùs majori amoris illi io; Deum invenio, d. m. intimè mihi præsens est æquè certò ac ullibi; & majore beneficio, dum tot titulis præsens, quot omnibus simul, & omnia dat, quæ omnibus simul, collecto in unum & beneficio omni, & affectu, & consilii intentione. Illud præterea expendit, rem miræ voluntatis & amoris; quòd te fecerit, & esse velit templum suum vivum, suæ gloriæ & honoris æterni, ut sis

*Voluntas.*

(b) *Ex reflexione dolor, & propositum, & Colloquium.*

(c) *Fides.*

*Gaudium, Gratitude, Humiliatio, &c. tanto major, quanto hic familiaris & copiosius & intimiùs Deum in te deprehendis.*

*Dolor & confusio, quod unquàm hoc templum sit passum Deas alienos: dæmonem.*

capax



*Intellectus.*

capax Dei, imago vera Dei, ad similitudinem summam Dei tum in esse, tum in felicitate æternâ gloriæ & gaudii.

Hic rursus in Dei conspectu oblitus sui & amoris sui intendet homo præsentem intimè soli Deo

*Conclusionem præct.* facit; quòd Deus optimus sit semper hac ratione in me inveniendus, summo amore & obsequio prosequendus solus.

Nullò amore proprio, cum non meus, sed totus sim & debeam esse Dei, qui totus quærit esse meus. Quòdque maxime agendum, ut totus sis templum Dei, soli Deo sanctum: habitet in te Deus per gratiam: præsens occupet totam memoriam, intellectum, & voluntatem: habeat in hoc templo perpetuum Sacrificium, laudis, amoris, patriæ, Eucharisticum, ac perpetuam victimam magnæ mortificationis. Cum illud templum sit simul viva imago Dei; fac ut talis sis imitatione perfectionum & operum Dei. (d) *Reflexio* pro more.

**Meditationis secundæ Compendiũ.**

Dilectus Deus ad amorem & unionem consequendam inveniendus est:

Primò: In magnis suis beneficiis.

Secundò: In omni creatura existens.

Tertio: In me ipso velut templo suo vivo.

Medi-

*Voluntas.*

*Invitatio*  
& *oblatio*,  
*consecratio*  
per *vetera*  
& *nova* pro-  
*posita.*

*Colloquium.*

ntas.  
Ex re-  
ae do-  
pro-  
n, &  
uium.  
Fides.  
dium,  
udo,  
liatio,  
tanto  
quan-  
fami-  
& co-  
& in-  
Deũ  
depre-  
olor  
fusio,  
nquã  
plum  
ssum  
enos:  
em.  
apax



Meditatio tertia.  
SIVE  
PARS SECUNDA  
Meditationis de Amore &c.

*Oratio preparatoria & præludia sicut med. 2.*

Intellectus.

**P**uncto primo, breviter repeti possunt unà cum suis affectibus dicta, meditatione superiore.

*Punctum secundum;* quod est tertium in meditatione S. P. de amore spirituali.

*Memoria proponit eundem Deum ac Dominum propter me in creaturis suis operantem & laborantem quodammodo: quatenus dat ipsis, conservatque id quod sunt, habent, possunt, atque agunt. (a)*

*Intellectus* considerat operantem Deum in omnibus & variis creaturis varia effecta, velut omnium necessariam mentem, & virtutem supremam, maxima & minima, universa: V. g. in cælis, elementis, &c. idque tam certò, tam efficaciter, tam constanter, tam miro ordine, tantâ varietate & delectabilitate;

Voluntas

*Quantum gauderet, & glorietur creatura, si agnoscere posset Deum in se ipsa presentem & in ipsa, cum ipsa omnia operantem! id nunc homo magis agat.*

(a) *Fides, admiratio, laus, benedictio, adoratio, humiliatio, magna & intensa quò propinquius, intimius, amantius, amabilius Deum presentem invenit.*

idque



*Intellectus.*

idque etiam in rebus supernaturalibus V. g. Sacramentis, per variam efficaciam meritorum Christi, idque tantò certius, quòd pro horum certitudine & fidem & promissionem suam interpoluerit. (a)

Expendit porrò, quòd plus sit operari, laborare, quàm solùm adesse; ideòque in his Deum velut manu prehensum invenit tantò sensibiliùs ad cognitionem & amorem, quia est præsens & propter me laborat tanta, tam sedulò & certò, tam providè & benevolè, &c. Hinc etiam, dum gratum aliquid V. g. gustum, suavitatem &c. à creatura productam percipit; mox creaturæ oblitus Deum percipit præsentem, operantem ex amore & eâ intentione; ut creatura serviat mihi, Deus in creatura meus fiat, & inveniatur, & ametur æternùm. (a)

*Concludit:* Sic in omnibus inveniendum & amandum esse Deum & toto affectu & obsequio solum prosequendum. Sicut m. 2. p. 1.

*Voluntas.*

*Gaudium*  
item, gratiarum actio, amor, complexus tam amanter præsens Dei.

*Dolor & confusio, quod unquam cooperante Deo abusus sis, ad vana, aut ad peccata.*

*Desiderium deinceps perfectiorum, maximè & brevi in cælo.*

*Imitatio Sanctorum in cælis.*

*Propositum.*

Expen-



*Intellectus.*

Expendit *Intellectus* ulterius & ad se reflexus: quod idem Deus egerit omnia bona, & agat in me, & agere magna cupiat secundum rationem vocationis (nisi ego obstem) & agere in perpetuum velit; ita ut magnâ & summâ meâ felicitate & gloriâ & dulcedine æternâ, omnis mea actio Divina sit, Deo digna, voluntati Dei conformis, quam Deus libens agat; ut tanquam in viva & simili, sibi cara imagine, ipse Deus agendo appareat Deo, in isto vivo templo Dei & totius universi compendio. Considerat sitam in hoc esse unicam & summam hominis felicitatem & Dei beneplacitum & totius coeli.

*Conclusionem* practicam facit; quod hac ratione debeat omnis mea actio & passio esse Dei magna & Divina, ad voluntatem Dei, intentione Dei, imitatione Dei in perfectione omni, collaborante libenter Deo. Sic infinite meretur beneficis amor in me Dei, excellentia, perfectio, bonitas Dei. *Reflexio.*

*Voluntas.*

(a) *Fides* & agnitio Dei in singulis, ejusque tam varii, magni & certi in omnibus amoris.

*Admiratio* pro rerum magnitudine, providentia & amoris.

*Spes* & fiducia in amante tam vehementer & prodigè.

*Gaudium*, desiderium magni boni reciproci.

(b) Uti intellectus admiratione, ita voluntas gaudio & amore mergitur in abyss.

Punctum



*Intellectus.*

**Punctum secundum.**

**M**Emoriã prospicere quo pacto munera & bona omnia cœlitus descendunt, ut sunt potentia, justitia, bonitas, scientia & alia qualibet, humana perfectio terminis quibusdam certis circumscripta: qua ab infinito illo, totius boni thesauri, sicut lumen à sole & ex fonte aqua derivantur. (a)

*Intellectus* expendit omnium rerum perfectiones (in singulis minutisque omnibus propriis, & alienis in quovis homine & creatura idem faciendum) esse munera & bona, uti superius dictum: descendere omnia cœlitus ab ipso Deo, qui in omnibus, à quo omnia sunt: ita expendi possunt perfectiones humanitatis Christi, B. V. Sanctorum in cœlis, bona in terris, naturalia supernaturalia. Mox agnito & in iis amato Deo, agnoscit esse omnia terminis circumscripta, magna equidem, at Dei comparatione non magna. Mox etiam velut inter radios abripitur ad solem hoc modo: V. g. hæc pulchri-

M

*Voluntas*

so bonitatis tum amore gratitudinis, tum absoluto & puro.

Desiderio magno & spe valde & summè Deo accepta præstandi in te & aliis.

Summa & sola quies in ultimo a summo bono, ejus voluntate, tui & omnium aliorum annihilatione.

Desiderio magno, & quotidiano brevi consequendi unionem cum Deo in celo

tudo



*Intellectus.*

tudo à bono Deo est, radius à sole. Pulchritudines similes & dissimiles in infinitum plures & meliores in Deo supersunt: illæ omnes quasi nihil sunt ad infinitam Dei & omnem pulchritudinem: illa Dei pulchritudo cum aliis item infinitis perfectionibus idem est, scilicet, cum sapientia infinita, omnipotentiâ, beatitudine, & infinitâ & omni. Hæc me præsens nunc expectat complexura & complexurum in æternum. Hic magnitudine amoris & amabilitatis obrutus, è fluvio in mare delatus, velut in termino & abyffo ultimâ mergitur admiratione intellectus. (b)

*Concludit* unâ sed magnâ voluntate & constante, nihil sibi, omnia & maxima Divino amori & beneplacito exhibere, ex ejus voluntate agendo & patiendo, semper digno infinite majoribus. uti suprâ m. 2. p. 1. &c. *Reflexio.*

**Meditationis tertiæ Compendium.**

Dilectus Deus ad amorem & unionem inveniendus est:

Primò: Operans in omnibus creaturis:

Secundò: In omnibus omnium perfectionibus.

NB. Addi possunt meditationes de *conformitate* cum omni voluntate Dei: de unione cum Deo, memoriæ, intellectûs, voluntatis &c. Hujus conformitatis

*Voluntas.*

*Et in magna perfectione & Dei gloria magna.*

*Ad Deum, Christum, B. V. Sanctos.*

*Colloquium.*

*Pater. Ave.*



formitatis gravia & suavia motiva sunt, in omnibus planè meditationibus & materiis Exercitiorum, ac nominatim ex consideratione sequente. De desiderio unionis in cælo & felicitate vitæ cælestis. Hæc æstimari potest *primò*: ex præstantia objecti cælestis felicitatis, quod est Deus, Christus, B. Virgo Ss. omnia bona cælestia. Conf. d. 8. §. 1. 2. *Deinde* ex felicitate actionis & actionum d. 1. m. 2. p. 2. d. 8. Conf. 3. 4. &c. *Tertiò*: ex felicitatis diuturnitate d. 4. Conf. de ætern De perfectionibus & operibus Divinis. Vide de Ponte p. 6.

### Consideratio.

#### DE DIVINIS PERFECTIONIBUS & ACTIBUS ERGA DEUM.

**A**D omnes materias Exercitiorum, veritatésq; altiùs percipiendas, ad omnes item actus seu intellectûs, seu voluntatis, plurimùm facit, clara perfectâque ( quantum hæc vita patitur ) Dei & Divinarum perfectionum notitia. Faciet illa ad cognoscendam & æstimandam necessitatem & sublimitatem finis nostri, magnitudinem & gravitatem offensæ Dei, Dei jacturam in peccato & inferno, Christi excellentias & opera, Deum ipsum & cætera denique omnia supernaturalia sublimiùs æstimanda. Expedi etiam scire, quibus actibus in Deum & Divinas perfectiones ferri debeamus. Annotanda hîc igitur tria: *Primò*: Divinæ perfectiones. *Secundo*: Harum perfectionum quædam exaggeratio ad majorem digniorémque æstimationem. *Tertiò*: De actibus erga illas.



DE PERFECTIONIBUS DIVINIS.

**P**erfectiones Divinae aliae veluti sunt *Modales*, quibus coeterae omnes plurimum & infinitum augmentur. Aliae sunt *Absolutae*, & velut Dei propria perfectio & felicitas sine respectu ad creaturas. Aliae sunt *Respectivae*, quae creaturas respiciunt, atque Dei, vel in creaturas indolem, aut harum in Deo felicitatem denotant. Aliae demum sunt Dei erga nos varia *Officia* ac tituli:

*Modales*

1. Primum
2. Necessarium.
3. Aeternum
4. Perfectum.
5. Purum
6. Simplex
7. Summum
8. Omne
9. Unicum
10. Infinitum
11. Immensum
12. Immutabile.
13. Incomprehensibile & ineffabile

BONUM

*Absolutae.*

1. Verus
2. Bonus
3. Vivus
4. Spiritus
5. Sapientia
6. Voluntas
7. Sanctitas
8. Potentia
9. Divitiae
10. Pulchritudo.
11. Majestas.
12. Se cognoscens & amans, inde Trinitas : P. F. S.
13. Felix & quietus DEUS.

Hæc ita in te, eo amore & *Respe-*



*Respectiva*

1. Communicativus sui & suorum &c.
2. Verax.
3. Fidelis, sincerus.
4. Benevolus & liberalis.
5. Misericors benignus.
6. Longanimis.
7. Affabilis & exorabilis.
8. Providus.
9. Præsens.
10. Suavis.
11. Amabilis.
12. Justus bonis, malis.
13. Beatificans & satisfians.

*Officia.*

1. Principium & creator
2. Redemptor, Author statûs supernaturalis.
3. Conservator, & agens in omnibus.
4. Gubernator.
5. Providentia.
6. Dominus.
7. finis.
8. Prædestinans & vocans.
9. Regula & exemplar.
10. Protector.
11. Adjutor.
12. Pater, Frater, Sponsus &c. omnes tituli amoris.
13. Judex & merces bonorum & malorum,

præsenti bonitate exercet Deus, ac si in te solum.

Harum perfectionum legenda sæpe & expendenda declaratio, V. g. apud P. Lessium, de perfectionibus Divinis. P. Lud. de Ponte. Parte 6. Med. Ex Libello cui titulus, Aspiraciones Theologicæ, aliisque similibus.

SPHUS II.

HARUM PERFECTIONUM  
EXAGGERATIO.

*Primò:* Exaggerantur plurimum perfectiones Dei ex magnitudine, ordine, excellentiâ, con-

M 3

stan-



stantiâ rerum, quæ ex illis profectæ sunt in cœ-  
lis & in terra; quòd tot & tanta indies, sine nu-  
mero exundent, ipsæ nihil minuantur, eadem  
ac æquè infinitæ, etsi omni momento millies plu-  
ra & meliora & in æternùm exeant. Sic auge-  
tur V. g. Sapientia & potentia Dei.

*Secundo* : Comparari potest una perfectio  
Dei V. g. Pulchritudo cum omni omnium exi-  
stentium & possibilium pulchritudine. Hæc om-  
nia continet & infinitè superat inferiora, tan-  
quam non sint.

*Tertiò* : Comparari potest una perfectio cum  
alia magis nota : V. g. Spem concepturus de bo-  
nitate & fidelitate Dei erga te ; cogita æquè ma-  
gnam æquè certam esse bonitatem & fidelitatem  
Dei erga te, atque potentia est : Quàm hæc in-  
finita ! quàm certa ! cogita hac majorem, certio-  
rem. Si non potes ; cogita tantam esse Dei in te  
benignitatem & fidelitatem, & vehementer con-  
fide, magnâ fiduciâ, quæ digna sit, & gloriosa  
tantæ bonitati &c.

*Quarto* : Omnes perfectiones in infinitum  
auget singularum *infinitas*, concepta & aliquo  
modo declarata per multiplicationem cubicam.  
V. g. Si ponas videre te primo momento visio-  
nis beatificæ unum gradum Divinæ pulchritudi-  
nis, altero momento duos ; tertio momento duos  
cubicè multiplicatos, jam erunt 4. quarto mo-  
mento videas 4. gradus cubicè multiplicatos ;  
jam



jam videbis 16. quinto momento videas 16. gradus cubicè multiplicatos, jam erunt 256. sexto momento videas 256. gradus cubicè multiplicatos, jam erunt 65536. quanto illa visio te obruet stupore! quid, si sic pergeres tali multiplicatione singulis momentis totius æternitatis! Obrueris admiratione & gaudio. Atqui tot, quasi gradus, pulchritudinis Dei sunt, actu existentes, nunquam exhauriendi omnibus omnium Angelorum & hominum novos gradus combinantium calculo æterno. Tantæ nunc sunt Divinæ omnes perfectiones.

*Quintò*: Adhuc magis exaggerantur singulæ perfectiones, si una combinetur cum omnibus aliis arte combinatoriâ. Sic enim unaquævis infinita per alias infinitas plus quàm infinitè crescit, cum sit idem cum illis, & earum excellentiam imbibat, ac toties excellat infinities magis, quoties cum nova infinita cogitatur indentificata. V. g. Providentia erga te, & fidelitas est infinita, (scilicet illo modo, quo dictum est n. 4) hæc eadem providentia & fidelitas est idem cum *sapientia* pariter infinita, cum *potentia* pariter infinita, cum bonitate & pulchritudine pariter infinita &c. atque ita de aliis. Quàm amabilis Dei erga te providentia & fidelitas! Quàm stupenda! Quid si jam cogites *pulchritudinem* & alias perfectiones, quibuscum idem esse ponitur providentia & fidelitas, esse denuò non suâ solùm infinitate, sed aliarum communicatione infinitas, quàm infinita

M 4

evadet,



evadet, quàm amabilis, æstimanda providentia & fidelitas. Hoc modo æstimari potest quivis Dei titulus *Pater bonus &c.*

*Sextò:* Colligitur etiam stupenda, timenda simul, & amanda summè Divinarum perfectionum excellentia, ex poena unius peccati mortalis etsi momentanei, contra Deum admissi. De quo vide Med. de peccat. Ex eo etiam, quòd omnium damnatorum æterna infelicitas (imò si omnes creaturæ possibiles simul æternùm damnarentur) nihil obsit Divinæ infinitæ felicitati & perfectioni, sitque coram illo, tanquam non sit.

*Septimò:* Cogitet demum aliquis, quod potest & optat in aliquâ perfectione optimum V. g. in Dei benignitate &c. mox per fidem pro certò habeat, cum gaudio hoc & plura esse & infinita.

NB. Eadem infinitas & excellentia Divinarum perfectionum auget quasi in infinitum excellentiam earum rerum, quæ Dei sunt quâdam ac supernaturali ratione & relatione V. g. Matris Dei, amoris Dei in te, amicitia & gratia Dei, visionis ac possessionis Dei, voluntatis Dei, offensæ Dei, &c. supra omnem scilicet excogitabiliû amicitiam, gratiam &c. Cujus comparatione omnia alia in nihilum disparent; adeoque cætera & creata omnia ac te ipsum in infinitum atque in nihilum deprimit hæc Dei & divinarum perfectionum excellentia.

Sphus



DE ACTIBUS ERGA DEUM,  
maximè amoris

**A**Mor vult & desiderat bonum cognito bono. Videndum itaque est *primò*: quis sit, cui amor vult bonum. DEUS scilicet, & qui eam habent ad DEUM relationem; ut quidquid illis fit, dicat DEUS *mihì fecistis*. *Secundo*: Videndum quodnam illud bonum, quod vult amatis amor. *Tertiò*: Quinam actus interni amoris. *Quartò*: Quænam proprietates hujus amoris. *Quinto*: Quomodo actus interni augendi & intendendi sint. *Sextò*: Qui actus externi aut imperati.

*Primò*: Cui bonum?

DEUS, ac tres Divinæ personæ, singulæque perfectiones divinæ.

CHRISTUS, cum perfectionibus divinis; ejusque Humanitas perfectiones Divinas & participans & imitans suprâ omnes.

MARIA Mater Dei.

ANGELI.

HOMINES &c. }	In cœlo.
	In terra.
	In purgatorio.

Christi & creaturarû excellentia & amabilitas spectatur in relatione quam habent ad Deum; deinde ex communicatione divinarum perfectionû absolutarum & respectivarum &c. supernaturalis gratiæ & glo.



& gloria. V. g. Filius Dei, Mater Dei, viva & Dei capax imago Dei, apta & nata ad æternam gloriam Dei &c.

Secundò: Quod bonum?

NB. *Motivum, cur velis DEO bonum, sunt ejus amabiles perfectiones de quibus S. I. bona verò hæc sunt.*

Esse unum aliquem Deum; hunc, & non alium.  
Perfectiones divinas & infinitas habere.

Actibus internis cognitionis & amoris, sui, suarum perfectionum & actuum habere gustum beatissimum.

Habere actus externos perfectionum suarum, magna opera supernaturalia, secundum voluntatem suam, ad finem, gustum & gloriam suam magnam.

Christum esse, ejusque divinas & humanas perfectiones, ejus actus internos, vitam, mortem, gloriam &c. ad maximum Dei beneplacitum, gustum, gloriam æternam.

MARIAM esse, Angelos, Sanctos in cælo, coetum prædestinatorum omnium, justos in terra & Ecclesia; in quorum perfectionibus, divinarum imaginibus, actibus internis, externis multis & magnis, V. g. martyriis, omnibus denique creaturis magnum habeat Deus beneplacitum, gustum, gloriam in terra & æternitate.

Denique



Denique magnum ex te ipso beneplacitum & obsequium, ad magnam & universam Dei gloriam: nunc & æternum.

Sicut amor vult & desiderat amato omne bonum, ita odit & fugit, horret, timet omne illi ac minimum contrarium malum, peccatum proprium, & alienum.

NB. Eadem bona cum proportione velle debemus aliis propter Deum amatis, V.g. Christo, B. Virgini &c. scilicet divinas perfectiones communicatas, amicas, possessas aut possidendas, in gratia & gloria: item singulorum bona in mutuo amore & gaudio: ex te ipso verò magnum amorem, beneplacitum, imitationem, obsequium & augmentum communis gloriæ.

### Tertiò: Quinam actus interni?

In fide viva & unione, agnitio lubens, & magna æstimatio, admiratio, appretiatio, laus, benedictio Dei & divinarum perfectionum. Confessio, quòd dignus sit omni & infinito bono. d. 1. M. 1. 2. & 3.

Gaudium & complacentia de Deo & divinis bonis. num. 1. 2.

Benevolentia & favor magnorum bonorum n. 1. 2. &. Gratulatio & gratiarum actio de iisdem.

Adoratio & humiliatio sui cum gaudio, quòd Deus tantus sit, ut tu & creata omnia sint nihil.

Exina,



Exiānitio lubens omnis esse & boni tui, ut Deus sit & habeat omnia.

Omne solum & summum bonum ducere, utile, gloriosum, dulce, necessarium, ut omnia Dei solius sint, ad illius consilium, voluntatem, gustum & gloriam. Confid. d. 1.

Desiderium valde placendi & obsequendi Deo ad gustum & gloriam solius, agendo, patiēdo, nunquam satis d. 1. m. 3. præstandi aliquid divinum & infinitum saltem per Christum, cum Christo & Sanctis, cum exemplo eorundem & meritis.

Oblatio sui & suorum omnium, cum gaudio summo, ut hæc possint esse amati ad magnum beneplacitum & gloriam in terra & coelo universam.

Resignatio cum desiderio & oblatione ad omnem ejus voluntatem, circa te, tua, & alia omnia, vitam brevem aut longam & in tempore & æternitate &c. ad dura & adversa maxima; atque ipsam mortem & martyrium. Perfectionis & gloriæ ad omnem gradum, modum gratiæ, ad omnes eventus; etiam ad multorum justam damnationem. Gaudium quod habeat Deus, quod ex divino consilio destinavit pro sua æterna gloria, cæterum nullius egeat.

Desiderium & petitio, ut perfectius semper glorifices Deum & nunc in terra, & brevi in caelis.

Zelus



Zelus, ut idem magnâ perfectione, plurimi alii, omnisque creatura præstet in terra & in cælo. Studium hoc procurandi desideriiis, orationibus, meritis, poenitentiis, laboribus. Hoc est simul procurare Deo magnam gloriam, & proximis propter Deum amatis summam felicitatem. die 5. Medit. 1.

Magnum odium, horror, dolor, tristitia, confusio de actibus contrariis amato, omissione gloriæ & beneplaciti, in te & aliis, cum desiderio & studio magno amoliendi & compensandi.

Similes actus eliciendi sunt erga Christum, Matrem ejus, Sanctos propter Deum valde amatos.

NB. *Speciales* sunt quidam actus singulis perfectionibus debitæ. V. g. Fides veracitati, spes & fiducia promittendi fidelitati, recognitio gratiæ, bonitati beneficæ &c. Reverentia præsentia, Adoratio majestati, Obedientia voluntati, timor, supplicatio & poenitentia justitiæ & Majestati læsæ, oratio liberali, & fideli fonti, permissio omnium providentiæ. Hi actus perficiuntur, cum multum exaggeratæ fuerint perfectiones divinæ ex §. 2. n. 2. & pro illarum merito actus fuerint intensiores sine omni contraria imperfectione.

### Quartò: Quænam proprietates actuum?

Sunt supra omnia. V. g. Æstimatio, gaudium de Deo &c. supra omnia; ita ut cætera sine eo & com-



& comparatione illius habeantur, tanquam non sint: supra omnem respectum, difficultatem, commodum proprium aut alienum.

Sunt universales: in omnibus & semper.

Sunt solius, ut V. g. solum æstimes, aut saltem ipsum in aliis.

Suaves - fortes - liberales - solliciti - exacti - familiares &c.

Sunt, saltem desiderio & conatu, congrui perfectionibus divinis V. g. primo bono primus amor, soli solus, summo summus, infinito infinitus &c. saltem voto & per Deum ipsum & Christum. d. 1. M. 3.

### Quintò: Quomodo augentur & intenduntur actus?

Exaggerentur perfectiones personæ juxta modos sphi secundi, atque auctâ inde æstimatione fiat conatus major & major ad actum dignum istâ magnitudine V. g. adorationis, gaudii &c.

Auge æstimationem objecti, seu *boni quod &c.* n. 2. atque de his tantis, tantò magis Deo gratulare.

Etiam actus actum exaggerat: V. g. Resigno me tibi, quia credo, quia reveoreor, quia amo, quia gratus sum &c.

Fatere Deo, quod nihil habeas aut possis dignum tanto Deo, tantisque perfectionibus. Gaudere



de quidem, quod tantus sit Deus, infinitè tua obsequia excedens, semper inferiora merito : Confundere tamen & dole, quod semper infinitè distes ab eo, quod meretur, maxime per malitiam tuam.

Gaude valde, quod Deus in se, per se, in Christo & in magnis Sanctis & aliis habeat, quod in te non habet. Quòdque tu in Christo habeas, quo tua suppleas & emendes.

Desidera & invita illos ad præstandum magnum Deo meritissimo beneplacitum. Invitantur etiam ratione carentia, ad Dei laudem facta.

Attende ad acta ipsius Dei, Christi, B. Virginis Ss. &c. horum imitatione altiùs conare. Opta ut horum actus tui sint: cum horum actibus tuos unias; cum tuis, horum omnium actiones.

Desidera & pete semper meliora & acceptiora Deo in te & aliis & omnibus creaturis: maxime verò ut brevi in cœlo & in æternum sine imperfectione laudes & ames Deum cum plurimis aliis & tota Curia Electorum,

Pactum cum Deo & Ss. quòd omnis etiam minima actio totius diei & vitæ, etiam non proxime libera V. g. gressus & suspiria omnia &c. idem significatura & valitura sint, quod hætenus dictum est.

Hi actus applicari possunt devotioni erga Christum, B. V. Ss. &c.

Sextò



Sextò: Actus externi & imperati.

Præmissis actibus internis jam dictis (ex quibus omnia alia actio aut passio procedere debet) summa indifferentia ad quidvis tenenda est, solum intento oculo, solum prono & prompto & affixo animo, ad id, quod est voluntas & beneplacitum majus Dei & major gloria.

Hoc verò omninò & præ omnibus sciendum: Cruciatu, mors, conatus ad actus seraphinorum, conversio mundi, summa quæque aut acta aut tolerata, per se sola, comparata ad meritum & excellentiam Dei, modica sunt, vilia sunt, nihil sunt: Sic nunquam aliquid magnum aut par aut dignum Deo præstabis. Non est Deus indigens tui aut rerum tuarum, quantumvis maximæ forent.

Nunquam (si cætera desint) tali operi Deus magnopere benedicet; nec plus ages morte toleratâ quàm somno. Totus valor & solus, totum beneplacitum & solum omnis operis externi aut imperati, pendet ex his tribus, quæ si absint, nihil est: quorum si unum abest, detrimentum est. *Primò* Ut sit secundum & ad voluntatem Dei atque intentionem, & re & modo seu perfectione. Hoc enim solum placet voluntati, quod est conforme voluntati. Hoc solum bonum & sanctissimum, quod sanctæ divinæ voluntati conforme est. *Secundo* Ut fiat ex optimis & magnis actibus & desideriis internis, de quibus superius n. 2. *Tertiò* Ut sit in virtute unione & imitatione



ne operum ac meritorum Christi, & Sanctorum, infinitum est pondus horum & decor. Hæc adde cuius rei minimæ. Cæteris tamen paribus vel majoribus major apud Deum est res major Deo exhibita.

Itaque eligatur & fiat opus secundum majus beneplacitum & voluntatem Dei ex magno affectu, & desiderio interno n. 2. 3. 4. unà cum Christo, Ss. & ipso Deo; ut ita quodvis opus sit opus divinū & Christi & Ss. re, intentione, imitatione, unione, modo, & studio perfectionis, ad tuā & aliorum salutem, perfectionē & gloriam. Ora, ut hanc Dei voluntatem & agnoscas semper & perficias.

Atque in hoc solo sit sola & certa spes benedictionis & gloriæ divinæ, quies, gaudium, cum nova resignatione in futura, in quemvis eventum & in omnem Dei voluntatem certò optimam & pari intentione accipiendam.

Applicetur devotioni erga Christum, beatam Virginem & Sanctos.

### Verba Scripturæ sacræ.

Nos ergo diligamus DEUM, quoniam ipse prior dilexit nos. 1. Joan. 4. 19.

In charitate perpetua dilexi te. Jer. 31. 3.

Ipsè Pater amat vos. Joan. 16. 27.

Diligam te Domine fortitudo mea; Dominus firmamentum meum, & refugium meum & liberator meus. Ps. 17. 2.

N

Tu



Tu autem in nobis es Domine. Zach. 2. 13.  
 Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis  
 tibi. Ps. 34. 10.

Ex ipso, & per ipsum sunt omnia, ipsi gloria  
 in secula, Amen. Rom. 15. 35.

Renuit consolari anima: memor fui Dei & de-  
 lectatus sum. Ps. 76. 4.

Quomodo tu dicis, quod amas me, cum ani-  
 mus tuus non sit mecum. Jud. 16. 15.

Ego dilecto meo, & ad me conversio ejus.  
 Cant. 7. 10.

Desiderium habens dissolvi, & esse cum Chri-  
 sto. Phil. 1. 23.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea,  
 faciem tuam Domine requiram. Ps. 26. 8.

Si Deum diligis, Deus es; si terram diligis, ter-  
 ra es. S. Aug.

Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram  
 eo, & quasi nihilum & inane reputatae sunt.  
 Isa. 40. 17.

## Legenda.

Ex Thom. Kemp. l. 3. c. 5. 6. 22. 49.

Libel. Exerc. d. 2. & 3. modo orandi.

Lancit. opusc. XI. C. XI. C. 14. C. 15. C. 32.  
 C. 13. de B. V. op. 10. C. 19. op. 6. C. 16. 17.

Rodericio p. 1. Tr. 6. pleraq; Tr. 8. de conform.

Nieremb. de ador. l. 2. c. 1. 2. 4. l. 3. c. 5. 6.  
 & c. l. 4. c. 1. 2. ad fin.

APPEN-





A P P E N D I X

D E

E X E R C I T I O R U M  
S. PATRIS IGNATII

U S U & P R A X I P E R P E T U A .

**F**undamentum salutis, perfectionis, imò & sanctitatis posuit, qui Exercitiis S. P. Ignatii ad octiduum aut amplius, sedulò animum excoluit. Fundamentum jactum, qui statim, aut paulatim deserit, ad ædificii ultimam manum, ad salutem & perfectionem nunquam perveniet. Necessarium itaque est, ut aut in ipso Exercitiorum decursu, aut proxima die post illa, concipiat sibi quisque, ac præscribat eam praxin quotidianam, quâ & exerceat vitæ melioris facta proposita, & illud perpetuò certòque prosequatur, quod in præfatione Spho primo diximus, esse Exercitiorum quandam epitomen; scilicet, *primò*: Ut semper ad scopum Exercitiorum contendat, qui est abstinere ab omni peccato mortali & veniali, atque ad omne Dei, perfectumque obsequium agendo & patiendo conniti. *Secundò*: Ut hoc agat ex motivis conceptis per Exercitia, amore finis ultimi, amore & exemplo Christi, per amorem & unionem cum Deo. *Tertiò*: Ut constanter & ritè adhibeantur instrumenta perfectionis à S. Ignatio præscripta, qualia sunt Meditatio,

N 2

Examen



Examen Conscientiæ, Lectio, Sacramentorum frequentatio &c. Praxis illa esse potest ad modum sequentem.

NB. In sequentibus, cum citatur aliquis locus Exercitiorum; litera *d.* diem significat: *m.* meditationem: *p.* punctum: *conf.* considerationem.

§. I. MUS. *Omni Anno.*

Inprimis elapso circiter ab obitis Exercitiis anno, redeundum est ad fontem & secedendum tantisper ab omnibus aliis negotiis & cogitationibus; dum per octiduum se animus denuò totum occupet, Exercitiorum ope, ad expiandos anni elapsi multos errores & peccata (habent enim Exercitia in domibus Societatis JESU beneficium, plenariæ, uti vocamus, Indulgentiæ) simulque ex veritatibus de novo expensis, vitam & fervorem ad amissim Exercitiorum instauret.

§. 2. DUS *Omni Mense.*

Perutile erit, seligere unum sibi è toto mense diem (is esse posset, quo Indulgentia aliqua plenaria habetur V. g. Communionis generalis) eoque die, præmissâ quâdam sui spontaneâ afflictione placandi numinis gratiâ, ex motivis & veritatibus Exercitiorum exigere à seipso totius elapsi mensis rationes; atque etiam quâ accuratione servaveris ea, quæ infra dicentur de Exercitiorum praxi quotidianâ; ac demum conciliato enixè Deo, perfectiora in mensem proximum proponere.

§. 3. TIUS *Omni Hebdomade.*

*Primò*: Videtur ad refricandos Exercitiorum  
stimulos



stimulos, & perfectè vivendum maximè profu-  
 turum; si diebus septimanæ singulis, assignentur  
 singuli dies Exercitiorum, ita ut quovis die ex  
 veritatibus diei correspondentis animum promo-  
 veas identitem breviter, actionésque bene insti-  
 tuas: si *Diei Luna* assignes diem primum & secun-  
 dum de fine hominis, cogitésque ad omnem pe-  
 nè actionem; esse eam tibi tam perfectè insti-  
 tuendam, quanta justitia, necessitas, utilitas, ho-  
 nor, delectatio, sublimitas finis ultimi, pro hac  
 & æterna vita Deo & tibi. *Die Martis* ex die  
 tertio Exercitiorum, tantâ perfectione obeundæ  
 actiones omnes, quantam merentur gravia, plu-  
 rima & innumera peccata tua; útque omne opus  
 sit fructus dignus pœnitentiæ. *Die Mercurii*; ex  
 die quarta Exercitiorum tam perfectè omnia  
 agere, ut sint ad purgatorium evadendum, ad  
 mortem & judicium Dei vicinum digna præpa-  
 ratio. *Die Jovis*: ex die quinta; ut omne opus  
 sit ad prototypon amati salvatoris; & ad ejus gu-  
 stum mereatur dici actio Christi. *Die Veneris*:  
 Ex die septima: ut omnis actio sit Christi Dei mo-  
 rientis, memor gratâque imitatio. *Die Sabbathi*:  
 Ex die octavo, ut omnis actio sit vitæ gloriosæ  
 imitatio, dignâque ut nullam à morte patiaris  
 moram ingressurus ad gloriam. *Die Dominico* ex  
 die octavo: ut omnis actio respondeat exactè  
 (quantum fieri potest) Dei in te beneficiis, magno  
 amor, magnis perfectionibus Dei, in ejus præ-  
 sentia & unione.

N 3

Secundo:



*Secundo:* Cùm plurimùm faciat ad magnam æstimationem omnium materiarum vitæ spiritua-  
lis, congruùmque affectum, si habeatur magna  
quædam & altissima Dei æstimatio, uti dictum  
est die 8. Conf. pag. videtur ad eam conse-  
quendam æstimationem valde proficuum; adhi-  
bere hanc praxin, ut quovis die Dominico assu-  
mas unam Dei perfectionem (earum sunt assigna-  
tæ 52. pro singulis Dominicis una: fol. ) eamque  
exaggeres juxta s̄phum secundum eadem Conf.  
pag. Deinde ex eadem exaggeres præcipua  
Exercitiorum capita, V. g. Si sumpseris illam per-  
fectionem, quâ Deus dicitur *summus*. Ex hoc  
agnoscas, *summam* esse necessitatem finis ultimi,  
divinique obsequii, *summam* malitiam peccati;  
*summum* rigorem Judicis Dei; *summam* excellen-  
tiam & amabilitatem Christi Dei; *summam* felici-  
tatem amoris & amicitiae Dei &c. porrò etiam  
ad singula quæque debet animus ad affectus *sum-  
mos* conniti, summùmque in omnibus obsequium.  
Fieri posset hæc consideratio ante, aut post sacram  
Communionem sive Sacrificium. Eadem porrò  
æstimatio deberet per septimanam frequenter,  
præsertim in rebus sacris obeundis, vincendis  
tentationibus, ac etiam operibus fervari animo,  
eùmque movere.

*Tertio:* Omni septimanâ studioso perfectionis  
minimùm semeladeundum est Sacramentum pœ-  
nitentiæ (quamvis frequentius adire illud debeat,  
qui aut sacram synaxin aut Sacrificium Missæ sæ-  
piùs celebrat) illud secundùm Exercitia adiri pos-  
set hoc modo:

*Primò:*



*Primò*: Sit desiderium conatûs, ac studium sedulum rectè percipiendi hoc Sacramentum; acui hoc multùm potest; si præmissis aut mixtis actibus fidei, & spei, & posito ante oculos fine tuo cogites, quàm necessarius eximiûsque est finis, tam necessariò ad eum, tantòque conatu redeundum est, cum deflectas scèpissimè d. 1. &c. Deinde quàm damnata & periculosa sunt peccata; etiam levia d. 3. quàm tremendum iudicium & pœnæ, quàm vicina & periculosa mors d. 4. quàm prompta Christi gratia & passio. Quanta felicitas placere Christo d. 5. 6. 7. amare & uniri Deo; Amari à Deo & sine mora cœlo excipi, & complexu Dei amantis, ex die octava. Ex horum consideratione & desiderio adhibendus est magnus conatus, petendaque magna gratia divina, ad hoc Sacramentum valde perfectè suscipiendum, magno fructu puritatis, gratiæ, auxiliorum, emendationis & profectûs, & quidem rerum particularium. *Secundò*: Modus examinandi conscientiam desumitur ex praxi S. Ignatii med. 2. die 3. *Tertiò*: Confusio, odium, dolor & propositum. desumatur ex omnibus motivis & affectibus diei tertiæ & 4tæ. Item ex præstantia neglecti finis, ex motivis amandi Christum die 5. 6. 7. ex beneficiis & perfectionibus Dei die 8. Confusio verò & dolor, non ideo minor, sed major esse debet; si pauca tibi peccata occurrant; Tantò enim peior es; cum certò sæpe labaris & tamen non agnoscas. *Quartò*: Denique post absolutionem dicendæ gratiæ amori Dei & sanguini agni nos mundantis.



Atque etiam præter pœnitentiam sacramentalem, indicere oportet sibi aliqua, pœnas peccatorum reiiduas non obiter expiatura: item proponere & statuere, quâ ratione damnum gratiæ, perfectionis & gloriæ per peccata illatum tibi ac Deo multum compenietur.

*Quarto:* Ad quamvis hebdomadem spectat unica saltem sacra communio; juxta Exercitia possumus ad illam accedere modo & praxi sequenti.

*Primò:* *Ante Communionem* præparatio solet præmitti per actus internos: ij sunt fides magna, æstimatio, amor, desiderium magnum, & spes; in spe, magna demissio sui: expurgatio à peccatis minimis cum dolore & confusione. Intentio, invitatio & obsecratio Christi: Imploratio Dei, B. Virginis & Sanctorum.

Hi actus vix poterunt melius exerceri, quàm ex veritatibus & affectibus Exercitiorum; & quidem ex *prima & secunda die*, per fidem crede & æstima cum gaudio, quemadmodum finis tui assequendi summi est necessitas & felicitas; ita nullum melius & efficacius medium Deus dedit, quàm S. Communionem, omnium rerum supernaturalium (V.g. mortis & meritorum gratiarumque Christi &c.) aut compendium aut fontem. Nam non potes melius aliquid offerre Deo ad contestandum laudem, amorem, reverentiam & servitium tuum, quàm Christum, quem accipies & offeres ut tuum: non potes prosequi Deum melioribus affectibus quàm tuos uniendo: auges etiam gratiam sanctificantem (quâ auctâ crescet & amor

in



in æternitate & pretium actuum deinceps omnium  
 in vita laudis, amoris &c.) per fontem tibi uni-  
 tum gratiæ: non potes discere melius modum lau-  
 dandi, amandi &c. quàm à præsentè Christo:  
 Non potes melius impetrare gratiam rectè lau-  
 dandi & amandi, quàm oblato Christo &c. Non  
 potes conciliare & obtinere melius gratiam per-  
 severandi in laude & amore &c. quàm virtute  
 præsentis & oblati Christi: nihil habes melius ad  
 hæc omnia tum pro te, tum pro multis aliis animab<sup>9</sup>.

Ex hac fide & æstimatione, nascitur deinde  
 magnum desiderium (quod desiderium, quidam  
 suadent, pro rei magnitudine non modico solum  
 spatio, sed aliquot diebus præmittendum, ut sit  
 continuum, usque ad sumptionem) certa spes, &  
 actus cæteri, qui omnes ex hac æstimatione &  
 desiderio augetur. Humilitas verò & demissio,  
 quæ semper erit & tendere debet in commenda-  
 tionem puræ bonitatis & benignitatis divinæ, su-  
 mi potest ex confid. diei 1. & die tertiâ de pecca-  
 tis. Simili modo æstimatio, desiderium & inten-  
 tio sumi potest ad expurgationem, expiationem,  
 emendationem peccatorum, *ex die tertia*: ad præ-  
 parationem ad mortem *ex die quarta*: ad amorem  
 & imitationem Christi amantis, *ex die 5. 6. 7.* ad  
 unionem magnam & intimam cum Deo, quæ hu-  
 jus Sacramenti finis est, *ex die octava*. Atque hæc  
 possunt pro otio aut sumi omnia, aut pro iis, qui  
 celebrant indies sumi unum tantum per totidem  
 septimanæ dies, quibus cætera obiter, unum at-  
 tentius ad desiderium & affectum omnem expen-



datur. Usurpari etiam potest praxis considerationis d. 8.

Secundò: *Sub Communionem* debet animus his affectibus, præsertim fidei, desiderii, spei, intentionis, humilitatis, amoris, admirationis, gaudii, unionis, oblationis &c. quasi perseverantibus occupatus esse.

Tertiò: *Post Communionem*. 1. Exerceri debet fides, in magna admiratione, gaudio & gratitudine de certitudine veritatis divinæ & præsentia Christi; maxime verò ad illud bonum consequendum, de quo desiderium fuit ante Communionem num. 1. (applicetur idem Sacrificio Missæ) 2. Spes in magna admiratione & gaudio de infinita bonitate, & fidelitate promittentis & præsentis Christi, ad ea consequenda, quæ desiderabas n. 1. & desideras. 3. Ex hac certitudine magna demissio, dolor de nimis modico relato per te fructu, adoratio, familiare alloquium, gratiarum actio, & amor Christi, in mutua facultatum, rerum & operum communicatione die 8 med. 2. amor, qui augeri debet ex una perfectione divina per alias exaggeratâ, communicatâ humanitati juxta Confid. die 8. pag. Amor per actus magnos ex die 5. m. 1. d. 8. conf. 4. Alloquere familiariter, expone totum cor, statum & ipsum loquentem, necessitatem tuam audi & consule; quidnam ipsi in te displiceat emendandum seu vitam communem, seu vocationem, seu officium concernat: in quo & quomodo proficere & ad ejus amorem, imitationem, unionem multum possis.



possis. Hoc statue, offer, magnam gratiam pete à Christo, per Christum à Deo, B. V. Sanctis. 5. Unitus Christo & cum ipso & per ipsum exerce actus erga omnes, quibus debes, ac imprimis Deo Ss. Trinitati, laudem, amorem, venerationem, obsequium servitii, & abnegationis perpetuæ, oblationis &c. pag. Actus gratiarum, conciliationis, compensationis pro neglectis, petitionis &c. Erga B. V. laudis, amoris, gratulationis &c. conf. d. 8. Erga sanctos Patronos & omnes Sanctos, ut in Christo ejusque affectu, tu his etiam multum placeas & gaudium præstes, conf. d. 8. 6. Multa petitio cum Christo per Christum, à Deo & Sanctis, ad varia tibi impetranda, maxime spiritum & finem Exercitiorum S. Patris Ignatii. 7. Multa petitio pro multarum animarum salute & perfectione, vivis & defunctis, maxime quibus obligaris. Item ex quorum vita & factis aliorum salus adjuvatur.

*Anima Christi. Pater, Ave.*

*Quinto:* Ad quamvis hebdomadem spectat constituere sibi in certos dies opera expiatoria, quibus & melius Deo placeas, & post mortem non detinearis à facie Dei, plectendus in purgatorio. Vide die 3. Confid. pag.

*§. 4tus Omni Die.*

I. *Prima evigilantis cogitatio* hæc suaderi solet ex Ps. 62. *Deus Deus meus, ad te de luce vigilo.* Exercitiorum peritus ea sic intelliges; ut per nomen Dei repetitum alloquaris duplicem Dei bonitatem, alteram, quâ ipse excellentissimus & beatus

tus



tus est, alteram quâ tibi benevolentissimus tua felicitas est. *Ad te* laudandum, amandum, venerandum, serviendum, nunc & æternum cum plurimis aliis, evigilo. *de Luce*: Lux est Jesus, ad fidem, spem, per merita & exempla ad omnem perfectionem vigilo, per ipsum & cum ipso & in ipso omnia facturus; *vigila*. Memoriâ, intellectu & voluntate, perpetuâ quâdam unione ad laudem, amorem & obsequium Dei vigilaturus. En in prima diei cogitatione Exercitiorum Compendium. His cogitationibus & desideriis, uti & recolendâ meditationis materiâ pergat animus occupari.

II. *Pietas & intentio matutina* melior esse non potest, quàm si hoc agas, intendas, proponas & petas, ad quod à Deo es creatus, & vocatus: scilicet laudare Deum, amare, revereri & servire magno affectu incipias, idque in omnia diei momenta & intendas & statuas & petas. Vide conf. diei secundæ pag. Adde amorem Christi & intentionem agendi ad imitationem ejus die 5. med. I Conf. diei 7. pag. aut compendio sume praxin, intentionem & propositum versandi semper in æstimatione, unione, obsequio præsentis Dei, ex med. & confid. diei 8. adde officii obligationem App 2. II.

III. *Examinis particularis* Melior materia esse non potest quàm Exercitiorum; ad initium vitæ spiritualis ex via purgativa assumi possent expurganda ea peccata, passionis aut consuetudines, quæ vel frequentiora, vel aliorum radix &c. aut occasio,



casio, vel aliis scandalo sunt &c. posset deinde sumi Exercitium bonæ intentionis, semper agendo ex amore solius finis &c. similiter aliæ materiæ; V. g. una conclusio practica meditationis, una pars considerationis practicæ. *Modus* sit, ut in puncto primo (vide præfationem paginâ ) dum fit propositum; addatur potens motivum propositi ex ipsis Exercitiis & modus propositi; V. g. in proposito custodiæ oculorum, *motivum* sit, ne oculo extra finem à Deo constitutum aberres; quia creata omnia vel oculo tuo indigna ducis ad divina natus: d. 1. m. 1, 2. d. 2. m. 2. ne aut pecces aut occasionem des, vel remotam peccato; ut expies peccata oculis admiffa d. 3. ut sis Christo similis & carus modesto oculo d. 5. in honorem Christi, cujus oculi pro te velati; d. 7. ut tantò sis aptior ad animum cum Deo uniendum: ut oculi & anima tua tantò perfectiùs olim videant cœlestia: ut Deo & Sanctis tantò meliùs nunc & æternum placeas. d. 8.

*Modus* propterea desumi potest ab exemplo Christi & Sanctorum. Hic modus & motiva per totum diem ad actus observari animo debent, & in discussione esse ad singulos lapsus motivum doloris.

NB. Propositum Examinis particularis firmetur in meditatione, in lectione libri spiritualis, ante & post Sacrificium ad sonitum horæ &c. Porrò hæc praxis Examinis particularis, modus est omne vitium superandi, omnem virtutem acquirendi. In Examine particulari ascendendum est per ejusdem vestigia (si de ea examina

men



men est ) diversos gradus V. g. in humilitate, 1. ex cognitione tuæ vilitatis aliisque motivis Exerc. omnem honorem refugere. 2. Contemptum omnem ferre patienter. 3. Ferre libenter cum gaudio. 4. Majorem semper desiderare, quærere & petere contemptum, majori semper voluntate in majori contemptu, afflictione &c.

IV. *Meditationis matutina*, præ omnibus necessaria, modus sit secundum S. Ignatii praxin propositam, tum in præfatione, tum in toto libelli hujus decursu. Materia, reflexio, propositum semper sit secundum aliquam exercitiorum partem ac veritatem practicam.

V. *Oratio vocalis* fiat in Dei Sanctorumque præsentia, in fide de Dei merito, & necessitate, ut nunc & æternum infinite laudetur, ametur &c. d. 1. m. 1. 2. 3. Conf. d. 8. §. 1. 2. in desiderio, spe magnâ, die 2. m. 1. cum intentione laudandi, amandi, adorandi Deum, eique serviendi perfecte in se ipso & Sanctis; in amore & exemplo Christi: d. 5, animo planè unito Deo & Ss. cum actibus Dei, Christi & Sanctorum. Conf. diei 2. d. 8. Conf. §. 3. ut sit digna conciliatio Dei toties offensi, tibi & aliis digna compensatio defectuum: digna sit ad multas gratias tibi & aliis.. impetrandas, ut perfecte in terris, æternum in cœlis à te & aliis multum laudetur Deus. Hoc animo esto attentus ad omnia etiam affectu exprimenda.

VI. *Missæ celebratio vel auditio*: fiat paucis mutatis hoc modo, quo oblatio Christi in Communionem



nione accepti. suprâ §. 3. n. 4. atque ad eum modum fiat Communio spiritualis, si audiatur Missa.

VII. *Omnis actio per diem* in familiari æstimatione & amore Dei, Christi & Sanctorum per fidem ( die 8. confid. §. 1. 2. 3. ) necessitatis & felicitatis ei serviendi d. 1. m. 1. 2. 3. d. 2. confid. &c. in desiderio & spe agendi ad magnum ejus gustum, pro ratione finis, vocationis, officii, ad perpetuam ejus maximamque gloriam die 8. Conf. §. 3. d. 2. confid. in agnitione tui nihili ad agnoscendum & agendum bonum ( Confid. die 1. ) cum meritis, intentione & actione Christi amati & Sanctorum, d. 5. secundum ipsius Dei voluntatem & intentionem Confid. die 8. §. 3. facere aut pati illud, quod tunc judicas Deo piè invocato, magis gratum ad ejus gloriam, ad tuam & multorum salutem & perfectionem; cum magna & hilari resignatione in omnem eventum accipiendum, magnâ subjectione, fiduciâ & amore à Deo, qui omnia disponet bene: spreto omni alio respectu & emolumento aut incommodo tuo. Sic etiam agere actionem, quamvis & minimam V. g. gressum, verbum, jactum oculi, scriptam literam &c. Conf. die 2. n. 2. &c. Confid. die 8. §. 3. cum affectu, voluntate & desiderio præstandi plura, & majora, & digna Deo.

VIII. *Comestio aut quævis relaxatio.* 1. In æstimatione & affectu erga Deum solum, & finem. ( ex die 1. & 8. ) in contemptu & indifferentia ad quamvis creaturam ( die 2. med. 2. ) abjecto omni amore tui velut indignissimi ( conf. die 1. d. 3. med.



1. 2.) 2. Utere creaturâ ex voluntate & intentione Creatoris; intentione & exemplo Christi, intentione finis, vocationis in desiderio magno, V. g. Ut in te nutrias sanguinem Martyrio profundendum: in agnitione, gustu, & amore præsentis Dei (die 8. med. 2. 3.) velut Regiæ Matris nutrientis Filium de sua substantia in spem Regni æterni, sed per aspera consequendum. 3. Relinquere non necessaria amore Dei; cum affectu infinite plura & omnia relinquendi, simul juxta Regulas S. Ignatii de victu temperando,

IX. *A prandio*: Renovatio intentionis uti supra: perfectio meditationis. Examen particulare.

X. *Lectio libri spiritualis*. In hac præter Communionem, intentionem misceantur affectus, reflexio ad mores, propositum, petitio.

XI. *In examine conscientie generalis* (de quo vide præfationem pag. ) punctum primum est *gratiarum actio* de beneficiis: beneficia vide d. 1. m. 2. d. 2. m. 1. d. 3. m. 1. d. 5. 7. d. 8. med. 2. 3. Gratiarum actio sit in agnitione, admiratione, gaudio de beneficiis, cum animo grato & benevolente in benefactorem. Beneficia ducas omnia, quæ Deus & tibi & amatis contulit. V. g. Gloriam magnam Dei, Christi, B. V. Sanctorum, omnia omnibus collata: bona in te collata æstimabis ex diei octavæ med. de amore, punct. 1. pag. ex horum agnitione nascitur mutua benevolentia & amor, ex amore desiderium exhibendi valde grata omnia: ex hoc desiderio studium inquirendi in defectus, eosque expiandi, emen-



emendandi & compensandi. Ad beneficia addi potest punctum unum passionis Christi, ut pro ea & per eam Deo magnas gratias exhibeas.

*Discussio* fit de peccatis admissis, etiam minimis, peccatorum periculis & radicibus: deinde de bonis omissis pro statu & officio: 3. De imperfectionibus admissis in ipso opere bono, gratiâ neglectâ, & gratiæ plenitudine. Venia delictorum, & petenda & concilianda, dolore concepto ex omnibus exercitiorum materiis V. g. ex obligatione & felicitate finis & vocationis &c. maximè ex die 3. & 4. amore item Christi die 5. 7. & amore Dei d. 8. &c. conetur dolor, quantum licet, æquare causam dolendi. *Propositum* fiat non solum emendandi, sed damna defectuum non obiter compensandi: motiva sunt eadem, quæ dolendi.

XII. *Preparatio ad Meditationem* diei sequentis juxta praxin in præfatione pag.

XIII. *Pietas Vespertina*. Claudes diem illis actibus, quibus cupies vitam claudere fide, scilicet, & spe, desiderio & intentione, finis tum universim, tum per ipsum somnum, amore, gratiarum actione, dolore de peccatis, oblatione (vid. Confid. die 8. pag. ) commendatione ad Deum, Christum, B. V. Sanctos &c. commendatione tui & tuorum... hâc nocte morientium &c. pactum cum Deo, Christo, B. V. de omnibus totius noctis momentis, suspiriis, idem coram Deo valituris.

§. *status. Varia per Diem.*

1. *Actus Virtutum*. V. g. Fidei... concipe excellentiam divinam omni fide dignam, sapientiam

○

& ve-



& veracitatem loquentem: exaggera juxta dicta Confid. die 8. §. 2. hanc lauda, ama (amore gratitudinis, & absoluto) hanc reverere, ut velis obsequium illi gratissimum præstare; cum ejus revelatio per Ecclesiam, per Christum, in Christo in Ecclesia teneatur tam certo argumento & testimonio. Crede itaque assensu supra omnia firmissimo cum reverentiâ, amore & gaudio multo. Crede Deo loquenti V. g. ea, quæ proponuntur d. 1. d. 2. d. 5. d. 8. Conf. §. 1. offer testem sanguinem & vitam: opta, ora, procura simile à multis aliis obsequium. Simili modo pro *spe* & *fiducia* exaggera Dei bonitatem, providentiam, Mediatorem & media, potentiam, & fidelitatem promittentis, &c. similia pro aliis virtutibus vide Confid. die 8. §. 3. n. 3. in fine. Injuriam facit Deo, qui infinitis Dei perfectionibus credit, fidit &c. in parvis tantum, ac deficit in aliis. In magnis magnam gloriam præstas Deo, & Dei perfectionibus infinitè superantibus tuam miseram necessitatem & indignitatem. Speranda itaque sunt remissio benigna peccatorum, gratia & amicitia Dei, gratiæ & auxilia magna supernaturalia ad salutem & perfectionem pro cujusvis statu, acceptatio operum ad divinum magnum beneplacitum, ad augmentum magnum gratiæ & gloriæ, exauditio precum, gratiæ denique finalis. Atque hæc omnia futura spera, si tu adhibeas data à Deo media, Sacramenta, preces, conatum.

2. *Præsentia Dei* habenda & fovenda semper: modus illius hic esse potest: si in pietate aut meditatione



ditatione matutina Deus in suis perfectionibus, absolutis, & respectivis, valde exaggeratis per fidem propositus fuerit ( de quo Confid. d. 8. ) & congruis desideriiis affectibusque cultus; facile per diem renovari potest cogitatio similis de Deo, non per imaginationem, quæ nocet capiti, sed per memoriam: hæc facile erit fides & laus Dei: mox eliciatur fides certa, quod iste tam bonus Deus & hic coram in sua substantia adsit, & clarissime te tuaque omnia pervideat, tui memor in omni suâ bonitate & promissione, & tecum & omnia agat, & acturus sit pro æterna sua & tua gloria.

Hunc actum præsentia sequentur mox multi affectus boni: gaudium, veneratio, amor, fiducia, cautela purissima peccatorum, intentio optima, & perfectio operum; aspirationes variarum virtutum humiliatio, oblatio, deprecatio, resignatio, petitio &c. die 8. Conf. Vide Lancitii opusc. XI. simili modo haberi potest præsentia Christi, B. V. Mariæ, sanctorum Patronorum &c. non quidem corpore aut substantiâ, sed oculo in te affectuque intento præsentium: ista præsentia foveri potest, unâ cum istis affectibus ad omnem rem & objectum, ex d. 8. m. 2. & 3. tertio Cultus & veneratio Sanctorum d. 8. Conf. §. 2. in fine §. 3. n. 1. 2. & 3. in fine.

3. *Orationes jaculatoria* sunt in dicta Dei & Sanctorum præsentia varii erga illos affectus & aspirationes breves, de quibus modò dictum n. 2. earum usus est varius, V. g. in occurſu cujusvis rei, ex d. 8. m. 3. Ad formandam aut renovandam



intentionem v. g. Tibi Deus meus, quia dignus es d. 1. d. 3. d. 5. d. 7. d. 8. Filio & matri tuæ &c. d. 8. conf. §. 2. 3. faciam, quia amo; facio, quia credo d. 1. d. 8. &c. facio quia spero d. 1. d. 5. &c. facio, quia revereor, servio &c. tibi Creator meus, tibi felicitas mea, tibi amator meus, tibi omne bonum &c. In tentationibus V. g. non offendam te, quia revereor d. 1. quia timeo d. 2. 3. 4. quia amâsti; d. 5. 7. quia amo &c. d. 7. 8. non ita Christus egit; nec ego d. 5. &c. In variis objectis v. g. Patientiæ: patior, quia dignus es Domine d. 1. d. 8. patior, quia meritus sum d. 3. patior, quia dignus sum d. 1. Conf. patior, quia spero d. 8. m. i. patior, quia amo te d. 8. patior cum patiente JESU d. 7. In omnibus objectis elevando animum ad Deum die 8. med. 1. 2. 3. in omnibus quærendo occasionem & actum humiliationis Conf. d. 1. In variâ necessitate propriâ vel alienâ, petitio. In omnibus multa & frequens gratiarum actio. *Pro tempore anni* vario, eliciendo affectus congruos V. g. gaudii, tempore paschatis &c. tempore omni vacuo actus etiam poterunt fieri, eundo cum laude per omnes perfectiones & titulos Dei, ordine Alphabeti v. g. Amabilis Deus, Benevolus Deus &c. Amor meus: Beatitudo mea &c. d. 8. Conf. §. 1. & 3. &c. Item per actus similes: Amo te Deus, Benedico te, Colo te, Desidero &c. similia fieri possunt ad Christum, B. V. & Sanctos repetendo textum aliquem Scripturæ, quales ponuntur per singulos dies. Repeti etiam potest sæpe idem affectus, &  
repe-



repetendo intendi: ita repetebat S. Franciscus:  
Deus meus & omnia! Deus meus & omnia! &c.

NB. Affectus suggerunt omnes materiæ ac penè singula meditationum puncta, uti & considerationes, præcipuè cons. diei 8.

In *omnibus eventibus* necessariis, fortuitis, liberis, tuis & alienis; præteritis, præsentibus & futuris agnoscere, laudare, gratias agere, amare, d. 1. m. 3. venerari d. 1. cons. servire Deo & Dei perfectionibus, (d. 8. cons. §. 1.) & voluntati, scientis, facientis, volentis aut permittentis omnia, ex sapientia, consilio & bonitate sua, quæ sunt supra omne factum in omni eventu, & cuncta omnia nunc deinceps erunt d. 2. m. 1. d. 8. med. 3. In omni eventu, minimo & pessimo, in Domino & de bono gaude, quod aut est, aut futurum est die 8. Dei supremo consilio & voluntate, magno amore, fiducia & submissione. Fiat idem in *adversis* die 1. die 2. med. 3. ex cons. die 1. ex die 5. & 7. die 8. med. de amore. In *prosperis* cogita, quid hoc ad majus beneplacitum Dei? quid dignum & aptum sine tuo? d. 1. m. 1. 2. 3. quid dignum nihilo tuo & peccatis tuis? die 1. cons. d. 3. quid ad placandum Deum? d. 3. quid ad æternitatem? d. 4. ad amorem & exemplum Christi? d. 5. 7. quid ad placendum & fruendum Deo? d. 8. vid. d. 2. m. 2.

4. *Mortificatio perpetua*. Ejus motiva sunt singulæ materiæ Exercitiorum V. g. finis, nihilum tuum, expiatio peccatorum, amor Christi, spes & unio cum Deo.



5. *In omni re deliberanda, suadenda &c. vide materiam de electione pag. præmissâ agnitione tui, qui prorsus nihil boni, scis, habes, potes, mere- ris &c. Confid. 1.*

6. *Ad sonitum quemvis hora: dicto Ave, potest compendio renovari totius diei pietas, & inten- tio statui & officio congrua. Hæc institui posset per Christum, dividendo totam ejus passionem, per totidem horas, & assignando singulis myste- rium illo circiter tempore gestum: V.g. horâ septimâ vespertinâ, sanguineum sudorem, &c. Amare tunc Christum in eo statu, affectu & amo- re omnium, quorum causâ patitur; ac cum ipso mox Deum laudare, amare, revereri, offer- re, per ipsum deprecari, renovare propositum Examinis particularis &c. petere. Ora etiam pro Morituris hæc horâ, Defunctis, Vivis, tibi com- mendatis.*

7. *Visitatio Venerabilis Sacramenti. Si cui vacaret ad visitandum interdium septies Venerabile; pos- sent singulis visitationibus assumi septem dies Exercitiorum; ita ut per Christum illic te expe- ctantem benignè ( d. 8. conf. §. 1. 2. item in fine feriâ quintâ ) ad magnam Dei gloriam & tuam perfectionem cum Christo, in Christo prius ado- rato & amato omni omnium affectu, exerceas & renoves singulorum dierum affectus, desideria, proposita, petâsque pro te & aliis à Deo, Christo, B. V. & Sanctis &c. memento moribundorum & defunctorum.*

8. *In Tentatione, occupandus vivaciter intelle- ctus,*



ctus, atque etiam affectus voluntatis, magno aliquo objecto multum superante objectum tentationis, V. g. de perfectionibus præsentis Dei d. 8. confid. Christi d. 7. d. 5. B. V. Sanctorum d. 8. Conf. §. 3. &c. de beneficiis & bonitate Dei d. 8. m. 2. 3. de felicitate beatitudinis & præmii d. 1. d. 8. m. 1. de justitia Dei, gravitate pœnæ & culpæ d. 3. de æternitate, morte d. 4. &c. renovanda lumina & proposita Exercitiorum, atque ex his confirmanda voluntas in bono, superanda tentatio, maximè, si accedat omnis rei creatæ contemptus d. 2, m. 2. 3.

9. *In quovis officio, ac negotio majoris momenti.*  
 Considera finem proximum & ultimum in cælo, cum Deo, cujus negotium agis intentum per hoc officium, ab ipso & Christo & B. V. Ss. expectatum; æstima horum & finis altitudinem, amabilitatem, felicitatem; ad modum d. 1. m. 1. 2. 3. d. 5. m. 1. sit æstimatio digna, amor, desiderium, oblatio tui, petitio, spes d. 2. m. 1. d. 5. m. 1. p. 1. humiliatio tui d. 1. conf. ob quam non nisi Deo instrumentum boni es. Ut verò bonum instrumentum sis, esto Deo, Divis & conjunctus gratiâ, amicitia & amore, præsentia, intentione, conformitate, imitatione, consilio, prece & alloquio, d. 5. m. 1. p. 3. d. 8. nullo ducaris alio respectu, amore aut timore d. 2. m. 2. 3. d. 5. m. 1. p. 1. 3. nunquam Deo desis, aut illius gratiæ d. 2. m. 1. velis autem non nisi instrumentum esse d. 1. conf. & omnem eventum relinquere abyfso divinæ bonitatis, ejusque voluntati ac judiciis. d. 8. conf. d. 1.



m. 3. p. 1. interea, dum tu hoc agis, Deus omnia bene aget, & hîc & alibi.

10. *Gaudium & quies* solum & semper erit; in mero nihilo & annihilatione tui & creaturarum, & intellectu & voluntate. Conf. d. 1. d. 2, m. 2. in solo fine tuo, die 1. & 2. amore Christi, die 5. 7. in unione & voluntate Dei amati, die 8. atque hæc in magna fiducia conf. die 1. §. 3. n. 1. 3. die 2. med. 1. p. 1. die 5. m. 1. die 8. conf. §. 3. n. 6. Append. §. 5. n. 1. n. 9.

*Varia circa Proximum.*

**I**N quovis proximo æstima & ama vivam & æternam Dei imaginem, auctoris capacem die 1. med. 1. &c. à Christo amatam & emptam d. 5. med. 1. die 6. 7. perfectiones Dei operantes & communicatas, die 8. med. 2. 3. sic ipsum, & in ipso Deum, omni humilitate & amore prosequere.

I. *Communis Intentio* in omnibus circa proximum actionibus, hæc sit; ut Deus, Christus, B. V. Sancti omnes, magnum hæc tuâ actione habeant à te obsequium & beneplacitum; ideóque fiat ad modum omni actioni communem. Deinde, fiat, ut etiam & à proximo, in proximo magnum habeant Deus & Sancti obsequium & æternum beneplacitum; quod ipsum intendere potes etiam in obsequiis indifferentibus, eo scilicet animo, quo etiam Deus dat naturalia V.g. cibum & potum. 3tiò: Ut ipsis animabus, quæ Dei sunt, magnum & æternum bonum procures, æternum malum amoliaris die 5. 6. Conf. die 8. Addi potest



test intentio, delendi hoc modo tua multa delicta & negligentias in Dei obsequio admittas d. 3. & 4.

Addenda intentio ipsius Christi, die 5. Praxis verò in omnibus actionibus erga proximum, tum ad excitandum zelum, tum ad observandum modum erit, juxta diei 5. med. 1. die 7. conf. n. 6.

Multa fiat & enixa precatio, ut & tua actio multum fructum habeat, & aliorum toto orbe; item pro animabus multis; maximè, de quibus ratio tibi incumbit reddenda.

II. *Conversatio* ex sola intentione prædicta instituat: non fortuitò; sed ex destinato fine, fructu, & modo, minutim circa verba & opera omnia. Testes hujus intentionis, Christi imitationis, sint singula verba, omnis actio & conversatio. die 5. med. 1. die 7. Conf.

3. *Consilium* si dare oporteat, fiat ad regulas Electionis. Conf. die 6.

4. *Solacium* ex motivis singulorum dierum V. g. d. 2. m. 3. d. 1. m. 3. maxime d. 7 & d. 8. m. 1. 2. & c.

5. *Concionis*, vix melior alius modus, quàm & materias Exercitiorum proponere per vices, & movere intellectum cum voluntate, juxta methodum meditandi propositam in Exercitiis.

6. *In Confessione* audienda; motiva contritionis & propositi, & praxes emendandi, copiosè suggerunt Exercitia tota pro cujuscunque conditione. Vid. §. hic 1. n. 3.

7. *Pro Ægrotis & Moribundis*, & solacium passim suppetit. Actus eliciendos vide Conf. die 8. Item §. superiore n. 3.



8. Denique omnis directionis affectivæ tuta  
amissis esse possunt Exercitia S. P. IGNATII.



MEDITATIONES  
PER TOTUM ANNUM  
E X

EXERCITIIS S. P. IGNATII

**D**ie quâvis Dominicâ sumi potest dictum ali-  
quod, aut mysterium ex Evangelio occur-  
rente, cujus occasione recolatur aliqua exercitio-  
rum veritas cum ejusdem prosecutione per tres  
ferias sequentes. Feriâ quintâ meditatio utiliter  
instituetur de Ss. Eucharistia. Feriâ 6. de Passione  
Domini. Sabbatho de B. V. Maria; omnia juxta  
methodum Exercitiorum, ex quibus materia as-  
signabitur.

*Dominicâ primâ Adventûs.*

*Ecce Rex tuus venit:* Matth. 21. *Scopus;* ex my-  
sterio, & beneficio Incarnationis, & Christi in  
mundum venientis, discere perfectionem. *Primò:*  
Fundamenti die 1. m. 3. d. 2. m. 1. *Secundò:* Pec-  
cati fugiendi d. 3. *Tertiò:* Amoris & imitationis  
Christi d. 5. d. 7. *Quartò:* Quærendæ unionis  
cum Deo d. 8. m. 3. p. 1. docebit hanc unio hypo-  
statica in Christo, vide die 5. med. 2. Ad ejus mo-  
dum fiant similes meditationes.

*Dominicâ secundâ Adventûs.*

*Tunc videbunt filium hominis cum potestate magna,  
& majestate.* Luc. 21. *Scopus;* sancto timore Chri-  
sti olim Judicis duci ad perfecta. vide die quintâ  
med.



med. 1. ex singulis punctis erit Christo olim materia iudicii, tibi causa timendi, & sequendi Christum. Vide etiam die 3. med. de iudicio applicando præcedentia.

*Dominicâ tert. Adventûs.*

*Tu es, qui venturus es, an alium exspectamus?* Matth. 11. *Scopus.* Soli Christo adhærere. Vide med. 4. die 5. de duobus vexillis. die 7. *Confid.* Applica per ferias amor proprio, amor creaturarum, respectui humano aliena à Christo suadentibus.

*Dominicâ quartâ Adventûs.*

*Confessus est, & non negavit.* Joan. 1. *Scopus.* Confessio & existimatio vilissima de se ipso. Vide considerationem d. 1. divide in partes.

*Festo Nativitatis Domini.*

*Peperit filium suum primogenitum.* Luc. 2. *Scopus.* Amor & imitatio Christi. Vide d. 5. m. 3. de Nativit. Christi. Deinceps ex libello Exercitiorum de Angelis concinentibus Lucæ 2. de pastoribus, ibidem &c. ad modum meditationis de nativitate.

*Festo Circumcisionis Domini.*

*Vocatum est nomen ejus Jesus.* Lucæ 2. *Scopus.* Ex nomine nôsse, amare, imitari Jesum. Vide d. 8. *Confid.* §. 1. perfectiones divinas (maximè tertiæ & quartæ lineæ) Christo applica d. 7. conf.

*Dominicâ post Circumcisionem.*

*Accipe puerum & Matrem ejus, & fuge* Matth. 2. *Scopus & virtus* sit; in omnem locum, fortunam, & eventum esse paratum, 1. Nixum comite Christo d. 5. m. 1. 2. Providentiâ Dei d. 8. 3. Voluntate Dei. 4. Solius finis amore d. 1.



*Epiphaniâ Domini.*

*Vidimus stellam ejus, & venimus.* Matth. 2. *Scopus* & virtus; 1. Ambulare semper in lumine, ductu, & voluntate Dei, d. 1. d. 5. 2. Invenire Jesum & matrem intellectu & voluntate d. 8. m. 2. & 3. offerre gratiora munera: ibidem.

*Dominicâ I post Epiphaniam.*

*In his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse.* Lucae 2. *Scopus.* Occupari semper rebus divinis. Vide d. 5. med. 3. *In his, quæ sunt finis* m. 1. d. 1. 2. quæ sunt vocationis. 3. officii d. 5. 6. 7. in his oportet esse, modo, de quo d. 1. m. 3. d. 5. d. 7. conf. d. 8. m. 2. per unionem.

*Dominicâ II. post Epiphaniam.*

*De Nuptiis in Cana Gallilee.* Joan. 2. *Scopus.* 1. Imitatio invitantium Jesum & Mariam, 2. Imitatio Jesu, & Mariæ etiam in actione profana per modestiam, & cautelam. 3. Per admixtionem supernaturalium, uti Christus miraculum ibi patravit. 4. Fiduciam in utroque. Modus d. 5. m. 2.

*Dominicâ III. post Epiph.*

*Leprosus eum adorabat dicens: Domine si vis, potes.* Matth. 8. *Scopus,* discere modum rectè orandi. 1. Cognitio necessitatis propriæ, & potentiæ divinæ utriusque abyssus. die 1. conf. §. 1. & 2. die 3. m. 1. & 2. d. 8. Conf. 2. *Adorabat.* humilis, seria, & sedula precatio ob motiva magna, desiderio pari d. 1. Conf. §. 2. 3. *Si vis,* resignatio d. 8. conf. §. 3. fiducia & amor. 4. *Volo.* ire potes per totidem virtutes magis necessarias, aut virtutum gradus per dies quatuor. 5. *Vade & ostende* proprius conatus adsit.

*Dom i-*



*Dominicâ IV. Epiphania.*

*Ipse verò dormiebat.* Matth. 8. *Scopus.* Inter omnes eventus, & adversa quieto esse animo de præsentibus & futuris. Motiva 1. ex die 8. med. 2. p. 1. ob Dei bonitatem & Christi. 2. Ex eadem ob præsentiam Dei. die 8. m. 2. Confid. §. 1. 2. 3. Quia ipse omnia agit & vertit in bonum m. 3. p. 1. Vide etiam append. 1. §. 5. n. 9. applicari possunt hæc puncta ad diversa objecta per dies totidem.

*Dominicâ V. Epiphania.*

*Venit inimicus homo, & superseminavit zizania.* Matth. 13. *Scopus,* nihil malum, aut imperfectum immiscere vitæ & actionibus. Vide d. 5. med. 2. inimicus homo dæmon est. inimicus homo & tu ipse tibi, & amor proprius in omne malum pronus. d. 1. conf. 2. ne frustretur Deus fructu suo, hoc est sine, quem sperat, ut messem; examina actiones, 1. vitæ purgativæ, 2. illuminativæ, 3. unitivæ communes, vocationis & officii d. 2. m. 1

*Dominicâ VI. Epiphania.*

*Simile grano sinapis, majus est omnibus oleribus.* Matth. 13. *Scopus,* minima curare, maximè in vita spirituali, minimas gratias & occasiones d. 2. m. 1. minima peccata d. 3. m. 3. opera minima d. 8. Conf. §. 3 n. 6. magna hæc evadunt numero, merito, dispositione ad magna, opera bona fiunt magna. Vide d. 8. Conf. §. 3. minima diem & vitam hominis implent, annon & meritum æternitatis?

*Dominica*



*Dominicâ Septuagesima.*

*Simile &c. qui exiit primo mane conducere operarios. Matth. 20. Scopus:* Ex persona, & voluntate conducentis, seu vocantis, & præmio moveri ad strenuè laborandum, 1. Is est Deus te creans d. 1 m. 1. 2. 3. exiit, cum quasi in se esset antea. 2. Est Christus vocans d. 5. m. 1. Exiit in mundum &c. 3. Propinquitas mercedis, & mortis, d. 4. med. de morte. 4. Exiit amando te, & operando propter te d. 8. m. 2. 3.

*Dominicâ Sexagesima.*

*Venit Diabolus, & tollit verbum. Lucæ 8. Scopus.* ne bene conceptæ veritates, & proposita fructu careant. Vide med. 4 d. 5. de Diabolo & ejus insidiis. Examina, & refrica dictamina. 1. fundamenti. 2. viæ purgativæ. 3. illuminativæ. 4. unitivæ.

*Dominicâ Quinquagesima.*

*Ecce ascendimus ... & consummabuntur omnia, Lucæ 18. Scopus,* agnoscere, quòd novissima nostra omni momento nobis fiant propinquiora. His movendi sumus ad perfectiora. vide die 4. meditationes, aut plures de novissimis.

*Dominicâ Quadragesima.*

*Ut tentaretur à Diabolo. Matth. 4. Scopus,* non æstimare se liberum tentatione, sed resistere. Tentavit autem Christum gulâ, seu commodo corporis. Sperne ex med. d. 2. superbiâ. Superâ, d. 1. conf. d. 6 ex gradu humil. avaritiâ. med. 2. d. 2. item d. 5. m. 4.

*Domi-*



*Dominicâ secundâ Quadragesima.*

*Non respondit ei verbum.* Matth. 15. *Scopus*, remedium pusillanimitatis, cum Deus deserere videtur. Vide d. 8. conf. §. 2. atque inde exaggera 1. Dei bonitatem præsentem, 2. Christi merita. 3. Promittentis potentem fidelitatem. Hinc spes & fiducia magna in omnibus.

*Dominicâ tertiâ Quadragesima.*

*Cum fortis armatus custodit atrium, in pace sunt omnia.* Luc. 11. *Scopus*: Servare se in pace. 1. pax est in nihilo tuo ceu centro, d. 1. confid. 2. pax in fine hominis d. 1. m. 1. 3. in comitatu Christi d. 5. 4. in unione cum Deo, & conformitate. die 8.

*Dominicâ quartâ Quadragesima.*

*Unde sumemus panes, ut manducent hi?* Joan. 6. *Scopus*: multum augere, & multiplicare valorem, & fructum operum. 1. accepit Jesus panes. Veniunt de manibus, scilicet de meritis, exemplo, voluntate Christi, d. 5. m. 1. 2. cum gratias egisset: mens sit in Deum elevata d. 8. confid. 3. distribuit, per intentionem distribuenda opera in plurimum Sanctorum gloriam, aliorum commodum, d. 8. conf. §. 3. n. 1. 2.

*Dominicâ quintâ Quadragesima.*

*Quis ex vobis arguet me de peccato?* Joannis 8. *Scopus*: fuga minimi peccati. 1. Motiva fugiendi d. 3. m. 1. 2. 3. 2. modus, honorifico patrem d. 8. confid. §. 1. ex æstimatione divinarum perfectionum. 3. sermonem ejus servo. d. 1. m. 3.

*Domi-*



*Dominicâ Palmarum.*

*Ecce Rex tuus venit.* Matth. 21. *Scopus:* agnoscere, amare, sequi Christum Regem, maximè in Passione. Vide d. 5. m. 1. quæ dividatur in partes.

*Dominicâ Resurrectionis.*

*Surrexit, non est hic* Matci 16. *Scopus:* Gaudere cum Christo, in Christo, & novitate vitæ, vide d. 8. m. 1. modus idem usurpandus per ferias ex Evangelio.

*Dominicâ in Albis.*

*Deinde dicit Thoma.* Joannis 20. *Scopus.* Applicatio sensuum ad Christum cum Thoma: unde argumentum amoris, & omnis virtutis, eundem per Christi perfectiones ex d. 8. confid. §. 1. d. 5. m. 1. 1. Visus applicandus, *stetit in medio.* 2. auditus, *deinde dicit Thoma,* 3. tactus, *mitte manum tuam.*

*Dominicâ secund. post Pascha.*

*Ego sum Pastor bonus.* Joan. 10. *Scopus:* bonitatem Christi Pastoris agnoscere ad amandum & sequendum. Vide d. 8. confid. §. 1. lin. 3. & 4. imiteris, 1. agnoscendo mutuò, *cognosco oves meas.* 2. non sis mercenarius, sed ultroneus amore: *mercenarius fugit* d. 8. m. 2. 3. non fugiendæ difficultates: *videt lupum, & fugit* d. 7. *serviendo ad mortem: animam dat pro ovibus* d. 7.

*Dominicâ tert. post Pascha.*

*Modicum.* Joan. 16. *Scopus:* omnia terrena modicum ducere, & æstimatione & facto, 1. Prospera d. 2. m. 2. 2. adversa d. 2. m. 3. 3. maximè comparatione æternitatis d. 4. conf.

*Domi-*



*Dominicâ quartâ post Pascha.*

*Vado ad eum, qui misit me.* Joan. 16. *Scopus.* Omni actione, magno passu contendere. 1. Ad finem hominis d. 1. m. 3. 2. Ad finem vocationis. d. 5. m. 1. 3. 3. Ad mortificationem d. 7. 4. Ad unionem cum Deo d. 8. m. 2. 3.

*Domin. quint. post Pascha.*

*Petite, & accipietis.* Joannis 16. *Scopus.* Multa & magna à Deo pro Dei gloria impetrare. Non petere est injuria, 1. in Dei magnitudinem, quâ indiges d. 8. Conf. §. 1. lin. 1. 2. 2. in Dei bonitatem, ibidem lin. 2. 3. 3. in Christi merita. heb. 4. in ipsa Dei dona, in gloriam Dei, tuam, & aliorum felicitatem d. 1. m. 2.

*Festo Ascensionis Domini.*

*Videntibus illis elevatus est.* Act. 1. *Scopus:* sequi Christum oculo, amore, spe, desiderio, imitatione. Modus d. 5. med. 2. aut d. 8. m. 1.

*Domin. ante Pentecosten.*

*Cum venerit Paraclitus.* Joannis 15. *Scopus:* Præparatio ad accipiendum Spiritum sanctum per desiderium, orationem, & quietem. *Sedete.* Motivum sit, quia ad omnes veritates, & fructus Exercitiorum prorsus necessarius est S. Spiritus. vide singulas præcipuas materias. Expende, & ora V. g. d. 1. 3. 4. 5. 7. 8.

*Domin. Pentecostes.*

*Replevit totam domum.* Act. 2. *Scopus:* Repleri septem donis Spiritus sancti, eadem petere, & exercere. ex Isai. 11. 1. Donum *Sapientia.* altissima de Deo, & Divinis sentire veritatibus, juxta

P

singu.



singulas materias exercitiorum. 2. Donum *Intellectus*: scire, & penetrare veritates fidei, & vitæ spiritualis. 3. Donum *Scientia*: rerum creaturarum cognitio, ut & has contempnas comparatione Dei, & ex his Deum, agnoscas. d. 8. m. 1. 3. d. 2. m. 2. 3. 4. Donum *Consilii*: scire, quid ex principiis supernaturalibus nobis aliisque sit in omni re rectè agendum: juxta regulas electionis d. 6. Conf. 5. Donum *Pietatis*: omni pio affectu ferri in Deum, & Sanctos d. 8. Confid. §. 3. 6. Donum *Fortitudinis*, ut Dei causâ magna, & difficilia fortiter, & constanter agam, & patiar d. 7. Item secundum omnes materias Exercitiorum 7. Donum *Timoris Dei*, ut timeas minimum malum facere, minimum bonum, & perfectionem omittere, ex motivis diei 1. 3. 5. 7. 8.

*Dominicâ Ss. Trinitatis.*

*In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Matth. 28. *Scopus*: Viva imago Ss. Trinitatis, occupetur amando, & imitando Ss. Trinitatem ad ipsius gloriam, suam beatitudinem. Vide d. 1. m. 2. p. 2. 3. Considera omnes perfectiones divinas, ad admirandum, imitandum, d. conf. §. 1.

*Dominicâ I. post Trinitatem.*

*Recordare, quia recepisti bona.* Lucæ 16. *Scopus*: Timore mali æterni, crucior in hac flamma. Abhorre à bonis hujus mundi. vide d. 3. med. 1. maximè abhorrendum ab his tribus. 1. *Mortuus est dives*: ab avaritiâ. 2. *Induebatur purpurâ*: superbiâ. 3. *Epulabatur quotidie splendide*: voluptate.

*Domi-*



*Dominicâ II. post Trinitatem.*

*Vocavit multos.* Lucæ 14. *Scopus:* Nunquam excusare, inspirante, & vocante Deo ad salutem, & perfectionem. vide d. 6. m. 1. de tribus hominum classibus. *Motivum:* 1. *Quia parata sunt omnia:* d. 2. m. 1. 2. *Iratus Pater Familias.* d. 3. 4. *offensa Dei.* 3. *Nemo virorum istorum gustabit.* *Pœna* d. 3. 4.

*Dominicâ III. Trinitatis.*

*Gaudium erit in cœlo super uno peccatore.* Lucæ 15 *Scopus:* studium operum pœnitentiæ, ex Conf. d. 3. *Gaudium erit, Sanctis, & tibi.* 1. *Ob malum pœnæ,* quod evitas d. 3. m. 1. d. 4. m. 1. 2. *Ob malum culpæ,* quod emendas d. 3 m. 2. 2. 3. *Ob bonum aeternum,* quod impetras, d. 8. m. 1.

*Dominicâ IV. post Ss. Trinit.*

*Estote misericordes, sicut & Pater vester.* Lucæ 6. *Scopus:* Agere benignè cum proximo. *Modus* fit ab ipso Deo, qualis ille est in te & alios. d. 8. m. 2. *Amore, & exemplo Christi* d. 5. m. 1. d. 7. *Nolite judicare, ne judicemini,* d. 4. *dimitte sicut & Deus dimisit tibi* d. 3. m. 1. *Motivum etiam fit: mensuram bonam,* idem enim est, ac si Deo feceris. d. 8. conf. §. 1.

*Dominicâ V post Ss. Trinitatem.*

*Nihil cepimus.* Lucæ 5. *Scopus:* Non laborare in vanum. *Laborat in vanum* 1. *qui non ad finem* d. 1. m. 1. 2. 2. *qui creaturas confectatur* d. 2. m. 2. 3. *qui non ad exemplum Christi* d. 5. 4. *qui non ad solum Deum* d. 8. m. 3.



*Dominicâ VI. post Ss. Trinit.*

*Nisi abundaverit justitia vestra plus, quàm &c. non intrabitis.* Matth. 5. *Scopus:* Omnia perfecta, & perfectè agere, ut abundant opera mortificationum, humilitatis, omniumque virtutum: necessitas magna est 1. Ob abundantiam mediorem, & gratiarum d. 2. m. 1. 2. ob abundantiam malè actorum, d. 3. 3. ob exemplum Christi, & Ss. d. 5. 4. ob mercedem æternam, & abundantem d. 8. m. 1. denique ob amorem Dei d. 8.

*Dominicâ VII. post Ss. Trinit.*

*Misereor super turbam.* Marci 8. *Scopus:* mereri divinam Christi de te curam, & providentiam. 1. *Deficient in via:* ut eveniet, si Christus dimiserit, agnosce ex d. 1. confid. §. 1. 2. *Sustinent me:* sequendo Christum mereris illius curam. d. 5. m. 1. &c. 3. *De longè venerunt:* omnia deserenda. d. 2. m. 2. 4. *In deserto.* Solus Deus tibi amor sit, desertis omnibus cæteris d. 1. m. 3. d. 8.

*Dominicâ VIII. post Ss. Trinit.*

*Attendite à falsis Prophetis.* Matthæi 7. *Scopus:* Discernere, & vitare dictamina perfectioni contraria. Talia sunt 1. quæ fundamento, 2. quæ humilitati d. 1. conf. 3. quæ necessariæ pœnitentiæ d. 3. & 4. 4. quæ Christi exemplo, & passioni, & unioni cum Deo sunt contraria. d. 8.

*Dominic. IX. post Ss. Trinitatem.*

*Quid faciam... cum amotus fuero* Lucae 16. *Scopus:* in futurum providere, atque inde actiones instituere communes & proprias vocationis, & officii. vide d. 4. meditationes omnes, & confid.

d. 4.



d. 4. aut die 6. de modo in omnibus bene consultandi, & eligendi.

*Dominic. X. post Ss. Trinit.*

*Videns civitatem flevit super illam.* Lucæ 19. *Scopus:* ex fletu Christi discere magnum ejus amorem d. 5. & 7. magnum malum, quod peccatori imminet. d. 3. m. 1. & negligenti tempus gratiarum, d. 2. m. 1. d. 3. confid

*Dominicâ XI. post Ss. Trinitatem.*

*Qui se exultat, humiliabitur &c.* Lucæ 18. *Scopus:* Discere humilitatem per tres gradus humilitatis d. 6. motiva ibidem. Item conf. d. 1.

*Dominic. XII. post Ss. Trinitat.*

*Tetigit.* Lucæ 7. *Scopus:* Dei præsentis contactum sentire, d. 8. m. 2. 3. atque inde animi morbos curare, maximè noxios.

*Dominic. XIII. post Ss. Trinit.*

*Homo quidam descendebat ab Jerusalem.* Lucæ 10. *Scopus:* studium salvandi alienas animas, zelo, oratione, afflictione. *Motiva* 1. quia descendit anima ab Jerusalem cœlesti, imago Dei d. 1. m. 1. 2. 2. quia descendit ex Jerusalem, illic emptâ morte Christi d. 5. 7. 3. incidit in latrones: miseria animæ peccatricis d. 3. m. 1.

*Dominicâ XIV. post Ss. Trinitatem.*

*Novem ubi sunt?* Lucæ 17. *Scopus:* Discere magnam gratitudinem erga Deum. vided. 8. m. 2.

*Dominicâ XV. post Ss. Trinitatem.*

*Ne solliciti sitis.* Matth. 6. *Scopus:* Dei voluntatem facere, & tunc omnem curam Deo relinquere. 1. *Anima plus est, quàm esca.* Vilitas creatura-



rum d. 2. m. 2. 2. *Respicite volatilia.* animæ præstantia Deo amata, d. 1. m. 1. d. 5. d. 7. 3. Alius est sollicitus, nempe Deus, qui scit necessitatem, media, modos millenos, d. 8. m. 1. &c. 4. *Pater:* is est origine, amore, voluntate, curâ d. 8. Accedit promissio ipsius Christi. Applicari potest fiducia in Sanctos.

*Dominic. XVI. post Ss. Trinitatem.*

*Noli flere.* Lucæ 7. *Scopus:* Nullâ re adversâ affigi, quia nihil sunt d. 2. m. 3. quia bonum sunt ad fructum cujusvis diei Exercitiorum d. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. quia Deus vertet in bonum, qui omnia agit, & dirigit. d. 8. m. 3. præfens, & amans. d. 8. m. 2. p. 1.

*Domin. XVII. post Ss. Trinitatem.*

*Cujus vestrum asinus &c. & non continuo extrahit illum.* Lucæ 14. *Scopus:* vitanda tarditas in bene agendis. Vide de tribus hominum classibus d. 6. m. 1. Applicetur ad materias Exercitiorum & virtutum magis necessariarum.

*Domin. XVIII. post Ss. Trinitatem.*

*Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde.* Matthæi 22. *Scopus:* Magnus & perpetuus amor Dei. d. 8. m. 2. & confid. d. 1. m. 3. quia ipse ex toto corde amavit, d. 7. d. 8. m. 2.

*Dominicâ XIX. post Ss. Trinitatem.*

*Remittuntur tibi peccata tua.* Matt. 9. dicitur paralytico. *Scopus:* Præparatio ad Dei beneficia est peccatorum expiatio, & remotio. Agnosce te paralyticum in negotio salutis & vocationis, officii, d. 1. conf. Desiderium excita ex d. 1. 5. 8. medium sit expiatio peccatorum d. 3. conf.

*Domi*



*Dominicâ XX. post Ss. Trinitatem.*

*Multi sunt vocati, pauci verò electi.* Matth. 22.  
*Scopus:* agere semper, quod paucorum & perfectorum est, cum cupias electus esse, cujus tanta est felicitas, d. 1. contrarii infelicitas d. 3. & periculum d. 1. confid. Eatur per materias præcipuas Exercitiorum.

*Dominicâ XXI. post Ss. Trinitatem.*

*Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis* Joan. 4.  
*Scopus:* Fides viva, unde multus profectus. Excitetur fides magna, circa præcipuas veritates Exercitiorum, d. 8. confid. §. 3. in fine. in appendice §. 5.

*Dominicâ XXII. post Ss. Trinitat.*

*Omne debitum dimisi tibi.* Matth. 18. *Scopus:* Omnes offensas, errata, & defectus proximi benignè ferre; sicut Deus nobis clementer condonat. Vide quantum malum poenæ. d. 3. med. 1. quantum malum culpæ. d. 3. m. 2. quàm multa dimisit, & dimissurus sit Deus tibi d. 3. med. 3. quanto amore d. 5. d. 7. d. 8.

*Dominicâ XXIII. post Ss. Trinitat.*

*Non respicis personam hominum.* Matth. 22. *Scopus:* Vincere omnes respectus humanos; 1. non es natus, ut servus sis alienæ existimationis, aut voluntatis. d. 1. m. 1. 2. propter Deum, quod Deus vult, cuius præstandum, nullo alio respectu, aut metu. 2. Non ad hoc vocatus, d. 5. 3. Nihil est omnis æstimatio humana, d. 1. conf. d. 2. m. 2. 3. 4. Nihil in consideratione novissimorum d. 4. 5. Nihil ad Deum, & divina d. 8. conf. §. 1. & 2.

*Domi-*



*Dominicâ XXIV. post Ss. Trinit.*

*Si tetigero tantum vestimentum ejus, salva ero. Matthæi 9. Scopus: Magna in Christum fiducia, in omnibus necessitatibus, miseris. Vide d. 5. m. 1. & d. 7. beneficia. d. 8. m. 1. item perfectiones divinas in Christo d. 8. conf.*

*Dominicâ XXV. post Ss. Trinitatem.*


*Cum videritis abominationem desolationis.. in loco sancto. Matth. 24. Scopus: Nihil abominabile Deo, & indignum agere loco sancto. Locus sanctus est anima tua. d. 8. m. 2. p. 3. d. 1. m. 1. Est vocatio religiosa. d. 5. m. 1. d. 6. Est officium religiosum, & actio omnis. Secus erit tribulatio magna. d. 3. 4.*

*Dedicatio Templi.*

*Ecce Tabernaculum Dei cum hominibus. Apoc. 21 Scopus: Sanctè uti loco sancto, seu templo, ob divinas perfectiones, quibus sanctum est. d. 8. conf. animam verò etiam, & corpus facere templum sanctum Dei d. 8. m. 2. p. 2. 3.*

*In die anniversaria alicujus beneficii.*

*Sumi potest d. 8. m. 2 p. 1. de beneficiis Dei.*



## MEDITATIONES

DE

### SACROSANCTA EUCHARISTIA PRO

QUAVIS FERIA TOTIUS ANNI.

**P**rimò: Sumi potest materia præcedentium feriarum; perpendendo, qualia ad præsentem virtutem motiva, exempla, subsidia præstare possit, & debeat Eucharistia &c.

*Secundò*



*Secundo*: Potest sumi ex historia Evangelica textus unus huc pertinens, V. g. ex Joannis 13. *Sciens Jesus, quia venit hora ejus... cum dilexisset suos Matthæi 26. Accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque &c. Accipite & comedite &c.* Hoc est corpus meum. Accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis dicens: *Bibite ex hoc omnes.* Aut ex formula consecrationis.

*Tertio*: Expendantur omnia more, & praxi consuetâ in materia historica, de qua in præfatione, & d. 5. m. 2. pro 3tio verò puncto (in quo expendendæ sunt personarum actiones) sumi potest unum, aut duo ex illis, quæ mox subjiciuntur, ipsiusque Eucharistiæ dignitatem explicant: scilicet Eucharistiæ contentum, attributa divina illic elucentia: miracula, virtus, & efficacia à Christo intenta, virtutes à Christo exercitæ, Christi illic tituli, & officia, denique Eucharistiæ figuræ, & comparatio.

*Quarto*: Doctrina practica desumi potest ex veritatibus variis Exercitiorum, quæ tunc statui præfenti animæ magis convenit, aut aptior materiæ est.

*Quinto*: Affectus sunt exercendi intensi ob rei magnitudinem, fidei, confessionis, æstimationis, admirationis, humilitatis, adorationis, gaudii, gratiarum actionis, amoris, complexus, desiderii ad magnum fructum, spei, invitationis, studii, præparationis, contritionis, petitionis, invocationis aliorum d. 8. conf. §. 3. n. 4. 5.

*Eucharistia contenta.*

Deus, & omnis divina perfectio d. 8. conf. §. 1.

P 5

Ss. Trias,



Ss, Trias, Iesus Christus, ejusque corpus, anima, sanguis, Christi mox repræsentative: Christus cum aperto thesauro meritorum suorum, Iesus Mariæ filius.

*Attributa elucentia Dei & Christi.*

Sapientia, potentia, veritas & fidelitas, bonitas, voluntas sese & omnia communicandi, misericordia, sanctitas, familiaritas, dulcedo &c. d. 8. conf. §. 1.

*Miracula.*

Annihilatio panis, & vini, momentanea præsentia Christi & quasi obedientia, existentia sub speciebus alienis & vilibus. Existentia specierum, & operatio sine subjecto. Adhæsiō Christi ad illas species, existentia & præsentia tot simul locis; existit totus in toto, & totus in quavis minima parte; mansio, donec species corrumpantur.

*Virtus & efficacia intenta à Christo.*

Necessaria, Deo digna, infinita per Christum Dei gloria, laus adoratio, gratiarum actio, amor, submissio, obsequium, propitiatio, supplicatio. Totius generis humani bonum, ut habeat pro omni suo debito erga Deum, & necessitate Deo dignum Sacerdotem, & Sacrificium; Emundatio à peccatis, habitibus malis, & pro minuendo fomite peccati, præservatio in futurum, confortatio contra inimicos animi, & tentationes. Cibus, qui suo modo transeat in substantiam aliti, augmentum gratiæ sanctificantis, & habituum supernaturalium, & amicitia Dei, augmentum gratiæ auxiliantis, ad omnem virtutem, & perfectionem vocationis; ut vivat in te Christus, ut tuus sit Christus

stus



stus novo titulo, & tu Christi: ut sit omnium operum tuorum major bonitas, & meritum. Memoriale passionis, amoris, & omnium mirabilium Christi. Viaticum, & præparatio ad mortem, & donum perseverantiæ; unio cum Deo, & Christo, corporis, animi, & familiaris amoris; pignus unionis æternæ; ut induamus perfectiones divinas ad augmentum gloriæ æternæ Dei & tuæ, ut ad omnia bona, quæ homo sperare, ad omnia mala, quæ timere potest, præsens habeat pretium, subsidium, solatium.

*Virtutes à Christo exercitæ.*

Humilitas sub tam vilibus speciebus &c. obedientia ad vocem hominis. Religio erga Deum. Amor Dei, zelus animarum, charitas erga homines, pro quibus mortem suam exhibet, denuò mori paratus; quibus conjungi nunc & æternum desiderat, liberalitas patientia, & longanimitas.

*Tituli & Officia.*

Sacerdos-Victima-Advocatus, Medicus, Consolator, Adjutor, Dux, & Socius, Magister, Amicus, Fidelis, Frater, Pater, & Mater, anima animæ, Sponsus.

*Comparatio, & Figura.*

Manna, arbor vitæ, fons vitæ, Agnus paschalis, Cœna magna, Incarnatio mystica.



MEDITATIONES

DE PASSIONE DOMINI

PRO QUAVIS FERIA TOTIUS ANNI.

**M**odus meditandi idem esse potest, qui in exercitiis



exercitiis habetur d. 7. m. 1. Materiæ hæ esse  
 possunt. NB. Addi etiam potest, qualia ad vir-  
 tutem præcedentibus feriis expensam motiva,  
 exempla, media suppetant ex præsentis mysterio  
 passionis. *Tristis est anima mea usque ad mortem*  
 Matth. 28. Abdicatio omnis gaudii, & rei vanæ.  
*Procidit in faciem suam orans.* Vers. 39. Refugium  
 afflictionis est humilis oratio. *Factus est sudor ejus.*  
 Lucæ 22. Affectus tuos commetire magnitudini  
 rerum V. g. divinarum, & æternarum. *Non sicut*  
*ego volo.* Matth. 26. Resignatio. *Surgite camus*  
 Marci 14. Occurrere difficultatibus animo con-  
 fortato. *Comprehenderunt Jesum & ligaverunt.* Joan.  
 18. Da manus Deo & amori. *Discipuli fugerunt.*  
 Marci 15. Inconstantia tua. *Adduxerunt ad An-*  
*nam.* Joan. 18. Non timenda vanè humana au-  
 thoritas. *Misit ad Caipham.* Joan. 18. *Ubi scribe &*  
*seniores convenerant.* Multitudini inimicorum, &  
 malorum non cedendum. *Unus dedit alapam Jesu.*  
 Joan. 18. idque in gratiam hominis. cave. *Reus est*  
*mortis.* Matth. 26. Falsa hominum judicia ferenda.  
*Non novi hominem.* Matth. 26. Ne neges factis, aut  
 oblivione. *Exspuerunt in faciem.* Matth. 26. Crescit  
 semper malitia. *Illudebant... velaverunt.* Lucæ 22.  
 Tu varios invenias amores & obsequia. *ut factus*  
*est dies... duxerunt ad Pilatum.* Luc. 23. Vel à malis  
 fervorem disce. *Judas se suspendit.* Matth. 27. In-  
 juria bonitatis est, non sperare. *Cæperunt eum ac-*  
*cusare.* Lucæ 23. Innocens perfer criminationes.  
*Regnum meum non est de hoc mundo.* Joan. 18. Non  
 aliud tibi regnum quàm Christi, *Herodes viso Jesu*  
*gavisus*



*gavifus valde* Lucæ 23. Tu valde in Christi perfectionibus. *Jesus nihil respondit, ut miraretur Pilatus* Marci 18. Ne te excusa. *Barrabam, an Jesum?* Matth. 27. Compara te pessimis, & gaude his comparari. *Dimitte nobis Barrabbam* Lucæ 23. Nihil Christo prætuleris. *Crucifige* Lucæ 23. Instabilis favor humanus. *Flagellavit* Joan. 19. Crudeli misericordiâ volebat Christo simul & Judæis obsequi. Frustra *flagellavit*. Possibile, ut omnis in Christum amor exuatur? *Coronam de spinis imposuerunt capiti.* Joan. 19. Ne sit membrum delicatum sub spinoso capite. *Congregaverunt cohortem* Matth. 27. Nullum momentum sine vexatione, tibi nullum sine amore. *Ecce homo* Joan. 19. Vult liberare, sed non aptis mediis, vult, non vult. *Clamabant dicentes: crucifige.* Joan. 19. Non placantur passionibus condescendendo. *Sanguis ejus super nos* Matth. 27. Super te est, nisi utaris pretio. *Pilatus adjudicavit.* Lucæ 23. Disce, quàm gravem sententiam sis tu meritis, & fortè auditurus. *Bajulans sibi crucem exivit.* Joan. 19. Crux portanda. *Imposuerunt illi crucem portandam post Jesum.* Lucæ 23. Tanùm solatii est Christo, quantum portas crucis. *Venerunt in locum, qui dicitur Golgatha.* Matth. 27. Omnis locus etiam infamis aptus est obsequio Dei. *Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet.* Lucæ 23. Salutaris timor. *Ducebantur & alii duo.* Luc. 23. Tanti refert, quo animo patiaris. *Dederunt ei vinum cum felle mixtum.* Matth. 27. Noli bonis miscere amaras imperfectiones. *Crucifixerunt eum.* Marci 15.

Tam



Tam firmo amore conjungi tibi cupit ; & tu velis etiam per dolores illi configi. *Crucifixerunt*. Exaltatur ; ut discas altum de Divinis, & æternis sentire. *Crucifixerunt*. Spectaculum publicum ; & tibi sit semper ante oculos. *Crucifixerunt*. Et tu utroque brachio ipsum, & voluntatem Dei amplectere. *J. N. R. J.* Ex opprobrio verus Rex. *Diviserunt vestimenta ejus*. Matth. 27. Summa spoliatio & paupertas. *Dimitte illis quia nesciunt*, Lucæ 23. Excusa, & ora pro inimicis. *Stabat juxta crucem Jesu Mater ejus*. Joan. 19. Non vult separari etiam in doloribus & opprobriis ; magis amator magis habet socios crucis probrosi. *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Marci 15. Summum supplicium ne desere, ne deseraris æternum. *Sitio*. Joan. 19. Semper plura Dei, & animarum causâ desiderata. *Consummatum est*. Joan. 19. Omnis mali est aliquando finis, æterni nunquam, fac consummata & perfecta omnia ad finem præstes Deo. *Obscuratus est sol*. Lucæ 24. Testantur dolorem uti possunt, & tu. *Pater in manus tuas*. Lucæ 24. Etiam affligenti Patri audet confidere animam : spes. *Inclinato capite tradidit spiritum*. Joan. 19. Inclinatio est in omnem voluntatem Patris submissio, in te propensio. Redama. *Latus ejus apernit*. Joan. 19. Patet tibi cor Christi, tuum ipsi pateat soli. *Posuit eum in monumento*. Lucæ 24. Nullam quietem nisi post mortem spera.

PRO



PRO QUOVIS SABBATHO  
TOTIUS ANNI.

**S**umi potest materia Dominicæ, & sequentium feriarum perpendendo, quomodo circa illam se habuerit B. V. renovatis etiam motivis, affectibus, & propositis ex amore B. V. atque ad ejus imitationem: additâ ejus virtutis petitione. Cæterum, quando de B. V. meditandum, hæc expendi possunt: *Primò*: Quas perfectiones divinas in- & erga B. V. Deus exercuerit. Eas vide d. 8. conf. §. 1. *Secundò*: Altitudo excellentiæ, & amabilitatis, quas habet ob singularem relationem ad perfectiones divinas: V. G. Mater infiniti Dei, unde est quædam infinitas in ratione Matris nunquam æquiparanda. Vide d. 8. conf. §. 1. 2. *Tertiò*: Quomodo perfectiones divinas & participârit, & imitata sit. V. g. primum bonum Deus: prima post Deum Maria. d. 8. conf. *Quartò*: Ob singularia ejus privilegia, dona gratiæ, & mysteria vitæ V. g. Electio, immaculata Conceptio. *Quintò*: Virtutes imitantes filium, (d. 5. 6. 7.) Virtutes omnium Sanctorum, supra omnes Sanctos V. g. Martyres, Virgines, &c. *Sextò*: Gloria in cælo omnium Sanctorum, supra omnes Sanctos. *Septimò*: Qui ejus tituli, officia, fructus ad gloriam, & beneplacitum Dei, Christi & Ss. in Ecclesiam, te & alios. *Octavò*: Figuræ, & comparationes. *Nonò*: Quæ erga eam devotio, qui actus d. 8. conf. §. 3. Quod obsequium, imitatio, petitio pro te & aliis.

IN



IN FESTIS SANCTORUM.

Usurpari potest idem modus, de quo jam dictum,  
factâ etiam reflexione ad Evangelium diei,  
ejusque applicatione.

F I N I S.

*Errores typi Lector sic corrige.*

Pag. 4. lineâ 12. *per se ipsos.* lege *per se ipse*

Pag. 6. lineâ 24. *dispicere* lege *dispertire*

Pag. 9. lineâ 23. *ex objecto* lege *& objecta*

Pag. 14. lineâ 6. *dignitatis* lege *dignantis*

Pag. 21. delenda in fine illa verba: *Notum fac  
mihi Domine finem meum.*

Pag. 65. in marg. lineâ 5. *contestatione* lege *confe-  
statione*

Pag. 67. in marg. lineâ 10. *detraçtio* lege *detre-  
ctatio.*

Pag. 74. lineâ 25. *diligere* lege *dirigere.*

Pag. 77. lineâ 15. *cor* lege *cap.*

Pag. 92. lineâ 20. *comparare* lege *comparere.*

Ibid. lineâ 21. *perfectionibus* lege *perfectioribus.*

Pag. 98. lineâ penult. *tempore* lege *teppure.*

Pag. 100. lineâ 21. *D. 2.* lege *D. 3.*

Pag. 104. lineâ 19. *ad futura* lege *ob futura.*

Pag. 110. lineâ 14. *vice* lege *via.*




m,

fac

se-

re-







Th  
4502